

HISTORIA BATAVICA,

EX OPTIMIS QVIBVSQVE
AVTORIBVS,

Autore Gerardo Geldenaurio Nouiomago,
collecta. Cum nonnullis alijs uersa
pagella demonstrandis,
antehac non uisis.



Coloniz, ex officina Eucharij Ceruicorni,

Anno M. D. XLI.

IBLI

ER:
G.
LEAE
rde

Epistola elegantissima ad illustrissimum principem Gulielmū Gelriæ &c. ducem, Zutfanæ &c. comitem, gratulatoria de horum principatū adeptione, & admonitoria officij principis.

Enchiridion eiusdem fere argumenti De officio principis ac magistratus Christiani, ex optimis autoribus collectū.

Batauorum Res Gestæ, Principes, Oppida, Scriptores illustres.

Chrysoptomi Neapolitani lepidissima de situ & moribus Olandiæ (sic enim ille uocat) epistola, *Gollandig.*

Gerardi Listrj syluulæ duæ, quæ continent Ultraiectinæ diœcesis descriptionem elegantem, & quorundam eiusdem diœcesis episcoporum laudes.

Auris Bataua, ex Chiliadibus Erasmi, de moribus & laudibus Batauorum,

ILLV
CIPI A
elmo
uig.
ch
u

Gerar



terit, quanta
te etiam im
sti patri, qui
post tot ann
cissima patr
luxerit: quan
nostro, futur
a, supplicibu
pulo tuo. Abf
publicam qua

ILLVSTRISS. PRIN-
 CIPI AC DOMINO, D. GVLL-
 elmo Duci Gelriæ, Iulie, Clis-
 uie, & Bergie, comiti Mar-
 chia, Zutfania, ac Ra-
 uensburgi, dominoq̃
 in Rauenstein,
 Gerardus Geldenhaurius Noui-
 omagus, S. D.



Osteaquam clemētissime
 princeps, constanti & cer-
 ta fama diuulgatum est,
 te concordibus uotis atq̃
 suffragijs Nobilitatis, Ci-
 uitatum, Populiq̃ Gelri-
 ensis, designatum esse Du-
 cem Gelriæ, Zutphaniæq̃
 Comitē: explicari uix po-
 terit, quanta animus meus lēgitia exultauerit. Qua-
 re etiam immortales merito gratias ago Deo cele-
 sti patri, qui solus transfert & constituit regna, q̃
 post tot annorum cruentissima bella, tandem dul-
 cissima patriæ meæ, pacis quædam tranquillitas il-
 luxerit: quam, diuina fauente clementia, te principe
 nostro, futuram speramus perpetuam. Quod ut fi-
 at, supplicibus precibus à deo orādum & tibi & po-
 pulo tuo. Absq̃ enim diuini numinis auxilio, rem-
 publicam quampiam feliciter administrare, impos-

A ¶

Illustrissimū
 elriæ &c. diu-
 rem, gratula-
 tuū adeptū
 n̄ principis,

gumenti De
 istratus Chri-
 bus collectis

cipes, Oppi

didissima de
 licenim illa
 die

que contis
 sis descripti
 rundam eis
 rū laudes.

Trasmi, de
 rorum,

DE OFFICIO CHRISTIANI

sibile est. Per æternam enim sapientiam Reges regnant, & legum conditores iusta decernunt. Quam sententiam Seruator noster IESVS Christus, sapientia, sermo, filius æterni patris, nō solum per prophetas suos, Iob, Daniele, Solomonem regem sapientissimum: uerum etiam per seipsum orbi declarare dignatus est, dicens ad Pilatum: Non haberes in me potestatem, nisi data esset tibi e supernis. Et ne ullam huius rei ignorantiam superbi homines pertexerent, diuus quoque Paulus eandem explicat Romanis scribens: Omnis potestas à deo est. Hæc cum ita se habeant, neque aliter se habere possint, flectenda sunt genua cordis & corporis nostri coram Rege regum & Domino dominorum, dicendumque in primis tibi, & omnibus à consilijs tuis, cum Solomone: Domine, tu me fecisti regem super populum tuum: da mihi sapientiam & intelligentiam, ut ingrediar & egrediar coram populo tuo. Quis enim potest hunc populum tuum, qui tam grãdis est, dignè iudicare? Ex hac regie precatationis formula, habes quod iam diximus, Deum reges facere, populum non esse principaliter regum, sed Dei, ut perpetuo cogitet princeps, se esse populi fratrem, quantumuis alijs fratribus prælatus sit, ad cuius curam, fratrum commoditas felicitasque prouehenda pertineat, ne unquam tyrannidem exercere audeat in cælestis patris filios, & communes fratres suos. Id quod diuus quoque Paulus magistratum definiens, aperissime confirmat, ubi magistratum, dei ministrum ad bonorum tutelam & malorum exterminium, esse declarat. Et ut rem cognitu factumque tam necessariam, altius repetamus, Dominus per Moysen fidelem fa-

PR I

amiam suam
 hanc lege
 Rex, inquit
 & equitat
 res plurim
 ti & auri
 derit in se
 mium les
 à sacerdo
 gere; illu
 re domi
 remonit
 uerur ce
 q; declir
 go rēpe
 tissime
 gemali
 equitat
 sed qui
 principi
 primen
 tam deo
 uxores
 cæ legis
 causa at
 diris, r
 lectus, r
 plebem
 præfect
 at. Quo
 ge uitup
 principe

PRINCIPIS, EPISTOLA.

mulum suum, Regibus & magistratibus præscri-
 bic hanc legem obseruandam sedulo: Cum fuerit
 Rex, inquit, cōstitutus, nō multiplicabit sibi equos,
 &c. equitatus numero subleuatus, nō habebit uxo-
 res plurimas quæ alliciāt animam eius, neq; argen-
 ti & auri immensa pondera. Postquam autem se-
 derit in folio regni sui, describet sibi Deuterono-
 mium legis huius in uolumine, accipiēs exemplar
 à sacerdotibus leuiticæ tribus, & habebit secum, le-
 getq; illud omnibus diebus uitæ suæ, ut discat time-
 re dominum deum suum, & custodire uerba & ce-
 remonias eius, quæ in lege præcepta sunt. Nec ele-
 uetur cor eius in superbiam super fratres suos, ne-
 q; declinet in partem dexteram uel sinistra, ut lon-
 go tēpore regnet ipse & filij eius &c. Scio clemen-
 tissime princeps, non ingratum tibi fore, si hanc le-
 gem aliquanto fusius enarrauerimus. Prohibetur
 equitatus, non ille necessarius ad populi tutelam,
 sed qui impensis superfluis populum grauet, qui
 principis animum quouis quæsito colore ad op-
 primendum proximum incitet, ut incipiat iam non
 tam deo, quam suis uiribus cōfidere. Prohibentur
 uxores plurimæ, quæ tamen pro tempore Mosai-
 cæ legis permissæ erant: sed interea prohibitionis
 causa additur, ne uidelicet, forma, uenustate, blan-
 ditijs, technis muliebribus ad uoluptates uentitas il-
 lectus, minus timere deum incipiat, & subiectam
 plebem aut negligat, aut huius curā in rapacium
 præfectorum humeros, somnolentus pastor reijci-
 at. Quod si uxorū legitimarum multitudo in re-
 ge uituperatur, quam rationē reddituri sunt Deo
 principes impuri, scortatores, adulteri, qui p effre-

DE OFFICIO CHRISTIANI

ni & indomita libidine omnes omnium domos
 prece, precio, ui denique uiolant atque conspur-
 cant: Prohibentur argenti & auri immensa ponde-
 ra, non quod hæc possidere ad omnem necessita-
 rem & honestatem malum sit, uerum ut si diuitiæ
 adfluant non apponatur cor, non in his, sed in so-
 lo deo confidamus. Id quod clarissima multorum
 sanctorum principum & regum exēpla declarant,
 qui diuitias quidem habebant ut prudentes & fi-
 deles dispensatores, atramen à diuitiarum turpi cu-
 piditate procul aberant. Iubetur rex iudicaturus
 populum dei, habere Deuteronomium legis dei,
 omnibus diebus uitæ suæ, ut discat timere dñm de-
 um suum, & custodire præcepta dei sui. Vides cle-
 mentissime princeps, cuius rei studium, lectio, assi-
 dua meditatio à rege potissimum requiratur, nem-
 pe legis dei. Neq; frustra additur, omnibus diebus,
 uitæ tuæ, ne qs putet satis esse semel, & id in trans-
 itu, rem sacratissimam attigisse. Accipiens exem-
 plar à Leuiticis tribus sacerdotibus, ne uidelicet per-
 subdolos legis interpretes, enarratores, doctores, à
 uero legis intellectu & usu abducat in doctrinas
 uarias & peregrinas & inextricabiles errores, sed
 accipiet à sacerdotibus, quorum labia custodiunt
 scientiam dei, in quorum corde & ore lex dei est,
 qui in ea die ac nocte meditantur: imò ne ullo mo-
 do errare possit noster princeps, exemplar legis ac-
 cipiet à summo sacerdote Iesu Christo, qui uerbo
 & opere totam legem impleuit, & quomodo intel-
 ligenda implendaq; sit edocuit. Ideo autem legis li-
 brum legere iubetur, non ut arrogantior theolo-
 gica hac exercitatione reddatur, sed ut discat time-

je do-
 entia
 uiua
 uire
 q; a
 gia
 pce
 pol
 rest
 ti si
 & i
 left
 oli
 nil
 fra
 alio
 Po
 sto
 pau
 rior
 cura
 scrib
 nim
 ente
 odes
 cent
 iudic
 maiu
 mode
 re. Si
 Deuce
 xit Mo

PRINCIPIS, EPISTOLA.

se dominum. Timor enim domini, initium sapi-
 entiae est, & custodire precepta dei sui, ne unquam au-
 uuar impie, aut iudicet iniuste, suae prudentiae in-
 nitendo, aut fratres suos superbe contemnendo, at-
 que ad dexteram uel ad sinistram, deserta iustitiae uia re-
 gia, deflectendo. Et ne reges & principes ab horum
 preceptorum difficultatibus & laboribus abhorreat,
 pollicetur diuina liberalitas, quam neminem fallere po-
 test, amplissimam mercedem, & in futuro, & in presen-
 ti seculo, uidelicet ut regnent longo tempore ipse
 & filij eius. En ultro offert liberalissimus pater cae-
 lestis, regibus timentibus se, quod multi principes
 olim ac etiam hac nostra memoria, confederationi-
 bus, affinitatibus, consanguinitatibus assequi fru-
 stra conati sunt. Nolo hoc loco esse ambitiosior,
 alioqui uiuis exemplis haec declarare facile possem.
 Postquam autem dei gratia clementissime princeps, epi-
 stola hac ad principum & magistratum officia uel
 paucis indicanda, deueni: non abs re erit, Consilia-
 riorum Vicariorumque, quorum opera principales
 curae subleuari debent, officia ex sacris literis ad-
 scribere. Prouide, inquit ad Moysen Iethro, diuino
 nimirum afflatus numine, de omni plebe uiros sapi-
 entes & timentes deum, in quibus sit ueritas, & qui
 oderint auaritiam, & constitue ex eis tribunos &
 centuriones, & Quinquagenarios & Decanos, qui
 iudicent populum omni tempore. Quicquid autem
 maius fuerit, referent ad te, & ipsi minora tantum
 modo iudicent, leuiusque sit tibi, partito in alios onere.
 Si hoc feceris, implebis imperium domini. Et
 Deuteronomij I. haec paulo disertius explicant. Di-
 xit Moyses ad populum: Date ex uobis uiros sapientes.

A in

CHRISTIANI

ines omnia domos
 ilant: atque conspici-
 t. auri immensa pondere
 id omnia necessitate
 uerum uel diuine
 non in his, sed in fe-
 darissima multorum
 m ex pla declarans
 tur prudentes & di-
 diuinarum imperia
 ur rex iudicatus
 nomum legis dei
 sca: timere domum de-
 a dei sui. Vides cle-
 uduum, lectio, affe-
 m requiritur, nem-
 ; omnibus debuit
 mel, & id in tran-
 Accipiens exem-
 s, ne uideat per-
 tores, doctores, &
 cat in doctrinas
 uiles errores, sed
 ibia cultodunt
 ore lex dei est,
 no neullo mo-
 implar legis ac-
 sto, qui uerbo
 modo intel-
 autem legis li-
 tior theolo-
 dilcarime.



DE OFFICIO CHRISTIANI

& gnaros, quorum conuersatio sit probata in tri-
 bus uestris, & ponam eos uobis principes. Et
 post pauca subiungit: Præcepit eis dicens: Audite
 illos, & quod iustum est iudicate. Siue ciuis sit ille, si-
 ue peregrinus, nulla erit distantia personarum. Ita par-
 um audietis ut magnam, nec accipietis cuiusquam per-
 sonam, quia dei iudicium est. Quod si difficile uisum
 uobis aliquid fuerit, referte ad me, & ego audiam.
 Utinam hæc legerent & intelligerent Consiliarij &
 iudices omnium principum, & dediscerent abuti
 principum autoritate ad gloriam quæstumque su-
 um. Quotusquisque est hoc tempore iudicum, cuius
 conuersatio probata sit in populo, qui non priua-
 ta aliqua aut ambitione, aut commendatione, huic
 diuino officio præfectus sit, qui sapiat, que sunt le-
 ge Christi in timore dei, qui ueritatem omnibus car-
 nis affectibus præferat, qui auaritiam oderit, qui
 omni tempore paratus sit iudicare causas populi dei,
 qui grauiores quæstiones ad principem, seposito ali-
 quantisper personarum respectu, bona fide referat.
 Hinc fit clementissime princeps, ut tantis turbis, se-
 ditionibus, calamitatibus, bellis, cædibus, populus
 dei affligatur: quia neglecta dei lege tam principes
 quam principum Consiliarij, Vicarij, Iudices, tam
 populus quam sacerdotes, ambulant post concupiscen-
 tias carnis sue, & auaritiæ fastidium à maximo usque ad
 minimum student omni tempore. Quoniam uero
 exempla multos magis mouent quam præcepta,
 aliquot sanctorum ducum & principum uitæ cõ-
 pendia, imitationis ergo subiungam: De Mose san-
 ctissimo duce legimus, quod fuerit eruditus in omni
 sapientia Aegyptiorum, quod educatus in aula Regia,

nihil t
 q̄ malu
 ri, quã
 q̄ fuer
 exora
 torum
 huius
 ra con
 pes el
 rum;
 furan
 miru
 plo n
 mur)
 tur, se
 enria
 subie
 ciant
 rum u
 senfer
 melio
 ad dei
 sese cõ
 uito n
 comm
 storic
 non al
 erga p
 sis pro
 amplec
 non ob
 iuita sit

PRINCIPIS, EPISTOLA.

nihil tñ aulicæ impietatis aut licentiæ cōtraxerit, q̄ maluerit cū dei populo inter seruos annumerari, quā inter purpuratos Aegyptios triumphare: q̄ fuerit mitissimus, q̄ pro peccatis populi deum exorauerit, quod pertinaces & peruicaces mandatorum Dei transgressores, iustè punierit. Hæc & huiusmodi multa de sanctissimo hoc ducescriptura commemorat, commemorandoq; quales principes esse debeant, ostēdit. Aegyptiaca eruditio tantum abest ut Mose obfuerit, ut etiā ad ualidius cōfutandā Aegyptiorū abominandā idololatriam, mirum in modum ei profuerit. Quare hoc exemplo monētur Principes, ne secularem (ut ita loquamur) eruditionē negligent, uerum ea non abutantur, sed omnē cognitionē humanā, ad diuinā sapientiam dirigant, ut in timore domini tā ipsi quā subiectus populus promoueant, atq; tandem perficiantur. In aulicæ quoq; uitæ licentiā absq; aulicorum uitijs, multi boni uiri uersati sunt. uerū ubi q̄s senserit adeo corruptam esse aulam, ut nulla spes melioris cōuersationis in ea appareat, relicta aula, ad dei populū, quātumuis humilem & abiectum, sese cōferat. Quām uero mitis cōuersatio, principi uiro necessaria sit, etiā ethnici Philosophi literis commendarunt: legimus quoq; apud poetas & historicos, principes pastores & patrię patres dictos, non alia de causa, quā ut in omnibus paternum erga populū gerant affectū, imò exemplo Mosis, pro populo deū crebro orient. Interea tamē ita amplectenda est mitis animi clementia, ut iustitię non obliuiscaris: ita hæc uirtutes temperandæ, ut iuxta sis clemētia, & clemens iustitia. Hæc de Mose

A v

RISTIANI
 o fit proba in re
 uobis principes. Et
 y eis dicitur. Audite
 Sine cuiuslibet
 a personā ita par
 aptis cuiusq; p
 od si difficile uiuim
 me, & ego audiam
 gerent. Cōsiliari
 dediscere ab im
 im quæritumq; in
 ore iudicium, cons
 illo, qui non priu
 amendatione, hinc
 i sapia, q̄q; sunt le
 itatem oibus cer
 ritiam odent, cui
 aulas populi de
 inapē, sepulcro ali
 dona fide referat
 e raris turbis, se
 credibus populū
 ge tam principes
 carū, iudices, tam
 post concupiscen
 i maximo utiq; al
 Quoniam uero
 quā præcepta,
 icipum uitæ cō
 m. De Mose san
 tudinem in omni
 in aulā Regiā,

DE OFFICIO CHRISTIANI

clarissimo duce, pro epistolari angustia paucis perfrinximus. Qualem autem tantus dux oraculo admonitus, successorem sibi designauerit, uideamus: Iosue uidelicet, de quo scriptura testatur, quod fuerit uerax, fortis, plenus spiritu sapientiæ & pietatis. Tales enim decet esse omnes imperatores & principes, ut populū dei recte gubernent, iuste iudicent, in uero dei cultu contineant, & corroborent, rebelles ad multitudinis ædificationem puniant. Addatur his duobus ducibus, tertius dux & index Samuel. Is ab ineunte ætate consecratus domino, à summo sacerdote domini educatus & institutus, ita populū rexit & gubernauit, ut omni posteritati sit merito regula quædam iuste imperandi atq; iudicandi. Quare sacræ scripturæ testimonium de tam sancto iudice, penitus introspeciamus: Iudicabat Samuel Israel cunctis diebus uitæ suæ, & ibat per singulos annos, circumiēs Bethel & Galgala & Masphat, & iudicabat Israel in supradictis locis. Et expositauit Samuel cum populo, dicēs: Loquimini de me coram domino et coram Christo eius, utrum bouē cuiusquam tulerim aut asinum, si quenquam calumniatus sum, si oppressi aliquem, si de manu cuiusquam munus accepi: & contemnam illud hodie, restituamq; uobis. Ibat Samuel, inquit scriptura, & singulis annis circūibat Israeliticam regionem, iusq; dicebat. Non desidebat in amœno palatio, tranquillitati suæ consulens, sed in tribus locis ad hoc opportunis: ne populus itineris labore & impensis grauaretur: audiebat, decernebatq; lites, non differens miseræ plebis querelas in menses & annos, non aucepabatur munera, non excusabat senium, nō oñi-

cium
quirit
licita:
capru
multa
præfe
princ
bus o
luben
poris
ri, non
terea n
parte c
gligen
grauif
cipum
tus in
Vbi eni
postulat
miti, cle
populus
hactenus
tio huius
tuæ cong
scilicet el
norum p
rum uero
omnia ofi
est, se esse
pareat, cult
est. Ergo de
auellitur, uir

ISTIANI

ngula pacis per
is dur oraculo ad-
aucti, uideamus
reitaru, quod fue
rientie & peranis.
peratores & prin-
nent, iuste iudice,
orrobores, rebel-
m guntiam. Ad-
ax & iudex Sam-
is domino, a sum
infirmitas, ua po
i posterrari hie re-
idi atq; iudicand.
um de tam sancto
iudicabat Samuel
ibar per singulos
la & Maspha. &
locis. Ex expoſita
Logumini de me
eius, utrum boue
quenquam calu-
ſi de manu cuius-
m illud hodie, re-
uit ſcriptura &
n regionem, uisq;
palatio, trauit
ocis ad hoc op-
& impoſiti gra-
s, non diſſerens
annos, non au-
ritum, no oſte-

PRINCIPIS, EPISTOLA.

cium suum in uicarios reijciebat, ipse interim suæ
quieti, suis commodis, suæ uoluptati, quantum uis
licitæ, inferuens: sed cunctis diebus uitæ suæ, publi-
ca priuatis, sacra prophanis, diuina humanis, inter
multas quoq; uitæ laboriosæ insidias atq; pericula
præferebat. O sanctum iudicem, o ter uenerandum
principem. Quis non huiusmodi principi in omni-
bus obediret, & pro talis principis salute, omnia sua
libens exponeret? Cõqueruntur pleriq; nostri tem-
poris principes, plebem subiectam tacite tumultua-
ri, non nunquam aperte meditari defectionẽ: & in-
terea non cogitant sese horum malorum magna in-
parte causam esse. Nam officio suo funguntur ne-
gligentissime, populum uero exactionibus onerãt
grauissimis: quũ reuera nullus sit preciosior prin-
cipum thesaurus, nulla arx munitior, nullus exerci-
tus instructior, opibus amantis principem populi.
Vbi enim non luxus, sed honestas uel necessitas id
postulauerit, non solum opes, sed & corpora pro-
miti, clemente, iusto principe periculis exponere
populus paratus est. Ex his quæ ex sacris literis
hactenus annotata sunt, facile colligitur, quod ini-
tio huius epistolæ, qua & tibi & patriæ meæ atque
tuæ congratulari utcumque conor, dixi, principem
scilicet esse dei & fratrum suorum ministrũ, ad bo-
norum protectionem, laudem & gloriam, malo-
rum uero terrorem, infamiã, pœnam. Quare ante
omnia officij sui semper meminerit princeps, id
est, se esse (ut id reperam) ministrum dei, cuius iussis
pareat, cultum promoueat, gloriam euehat necesse
est. Ergo doctrina dei, à qua uera religio nunquam
auellitur, uita sua ac suorũ, ad præscriptũ mandato

DE OFFICIO CHRISTIANI

rum dei, nostro principi curę sit oportet. Huiusmodi autem doctrina, religio, uita, clare & diserte expressa est in biblijs sacris, quę Dauidis regis serui dei exemplo, nocturna diurnaq; manu uersanda sunt. Horum autoritate & armis, omni imposturę, omni falsę doctrinę, omni fucatę religioni, quacunque specie & imagine, innocētīę ac pietatis, se se adornet: resistendum, & ueritas promouenda. Id quod optimos quosque reges fecisse legimus, & inter ceteros Iosaphat regem. Qui misit principes & sacerdotes, qui docebant populum in Iuda, habentes librum legis domini, & circumibant cunctas urbes Iuda, atq; erudiebant populum. Tam piuum regis studium, etiā dominus temporali felicitate pro uexit. Addit enim scriptura: Creuit ergo Iosaphat, & magnificatus est usque in sublime. De Ezechia quoque ad omnium principum doctrinam, scriptū est, quod prædicatores miserit in omnem Israel, ut reuerterentur ad dominum deum patrum suorum. Ipse dissipauit excelsa, nō absterritus longi temporis præscriptiōe, aut magnorum regum, maiorum suorum, errore: & contriuit statuas, & succidit lucos, fregitq; serpentem æneum, quem fecerat Moses, & in domino deo Israel sperauit. Vnde erat dominus cum eo, & in cunctis ad quę procedebat, sapienter se agebat. Eadem de Iosia rege leguntur, qui omne genus falsę doctrinę & superstitionis, e regno suo iuxta legem domini, radicitus extirpauit, ita ut similis ei non fuerit ante eum rex, qui reuerteretur ad dominum in omni corde suo, & in tota anima sua, & uniuersa uirtute sua, iuxta legem Mosi, neq; post eum surrexit similis illi.

Si
uere
frate
bus
enre
ma
bes
ad
lit
lut
pro
qu
me
no
ne
qu
dal
fili
pla
me
Inu
faci
tion
los
hici
sua
Pri
rep
hoc
uita
mor
cipes

PRINCIPIS, EPISTOLĀ.

Si ergo illustrissime ac nobilissime princeps, uis uere esse quod audis, uidelicet minister dei, pastor, frater, pater populi dei, si uis coram deo & hominibus magnificari, si uis in omnibus rebus tuis sapienter agere, si uis omnes alios principes pia quadam magnanimitate superare: en habes præcepta, en habes exempla, quæ te docebunt, incitabunt, deducēt ad opatum finem. Plura ipse obseruabis in sacris literis, quæ ad tuam populique tui omnimodam salutem pertinent. Dedit enim tibi dominus præceptorem egregium D. Conradum Heresbachium, a quo magno Dei munere, ita institutus es in bonis moribus & literis; ut mea admonitione opus tibi non sit. Attamen quia (ut diuinissimus Paulus ait) neque qui plantat, est aliquid, neque qui rigat, sed qui incrementum dat Deus: Heresbachius multa laudabiliter in area generosi pectoris tui plantauit, consiliarij tui, uiri prudentiæ pietatisque laude insignes, plantata rigare non cessant, uerum solus Deus incrementum dat. Quare ille in primis (ut supra diximus) inuocandus & exorandus, illius testimonia (id est sacrae literæ) ad uerbum ediscenda. Neque ulla ratione audiendi, qui sacrarum literarum studia in solos Episcopos, presbyteros, diaconos ecclesiae reijciunt, ut hac sacrae eruditionis specie, tyrannidem suam in electum dei populum impune exerçant. Principum enim Christianorum officium est, (ut id repetam) librum legis dei semper habere in sinu, in hoc uersari, iuxta huius præcepta & suam & suorum uitam instituire, ministroꝝque ecclesiae deprauatos mores corrigere & corrigere. Id quod sanctos principes crebro, iuuante dei gratia, fecisse legimus:

ISHTANI
 porre. Haud
 rare & colere
 audis reges
 manu ueranda
 omni impoſu
 re religioſi
 te ac pueris
 e promotenda
 iſſe legimus
 & in miſit princeps
 & in iuda, hab
 mibant cunctis
 m. Tam pu
 rali felicitate
 ut ergo ſolap
 lime. De Eze
 do ſtrinam ſcrip
 omnem iſrael
 ut parum uo
 rum. Longi
 regum, ma
 orum as, &
 ſocidit
 uem fecer
 Moſi. Vnde
 erado
 ue proced
 ſa ſia rege
 legunt, &
 ſuperſitionis
 radians
 emp
 eum rex
 qui re
 cordet
 ſa, & in
 ro ſua, i
 nra legem
 ſilli.



EPISTOLA.

Quantumuis autē hæc uero ueriora sint, necq; ego
 celsitudini tuæ obstrepere debeam, nihi ominus
 tamen ut indicarem clementiæ tuæ quàm pio ani-
 mi affectu te dei ministrum, Principem meum &
 patriam meam dulcissimam prosequar, hæc pauca
 & tibi & omnibus Christianis principibus, absq;
 uerborum lenocinijs, annotare, non inutile uisum
 est. Hoc addā: Noli uagari p̄ multos libros, sed cir-
 cunfer libros legis dei, hos facito tibi familiares, se-
 cretarios, consiliarios. His adde quæ sancti patres
 Ambrosius & Cyrillus, ad reges & imperatores
 Christianos de recta fide scripserunt, quibus si iun-
 xeris D. Erasmi Roterodami libellū de institutio-
 ne Christiani Principis, habebis abunde instructā,
 quantum ad uerā pietatē attinet, bibliothecā: Hæc
 autē meā qualemqualem epistolam, boni quoque
 cōsulas, etiam atq; etiam rogo. Bene uale. Datum
 Marburgi Calendis Maij. Anno 1538.

ILLVSTRISSIMO
 principi Vuilhelmo, Duci Gelrien
 fi, Iuliacensi, Cliuēsi, Montēsi, Co
 miti Marchiæ, Zutphanix, &
 in Rauensburch, domino a
 Rauenstein &c. domino
 meo clementissimo,
 Gerardus Geldenhaurius Nouio
 magus S. D.



AMICI quondam mei Petrus Aegi
 dius & Cornelius Scribonius, uiri
 eruditissimi, præceptiones quasdã
 ex ueterum libris collegerūt, ad do
 cendos principes ac magistratus, q̄
 ratione respublicæ felicissime gu
 bernari queant. Eas nuper relegens, non indignas
 duxi, quæ sub illustrissimi nominis tui auspicio pu
 blicarentur. Ordinem in quibusdã mutauit: quæ ad
 rem parũ facerēt, expunxi: quædam uero paucis di
 gesta, ut argumēti commoditas exigere uidebatur,
 addidi. Hunc meum qualemqualem laborē, oro ut
 Clementia tua hilari animo excipiat, & epistolæ
 meæ gratulatoriæ, quam ante aliquot menses Cle
 mentix tuæ candido pectore misi, auctarij loco ad
 iungat. Offero autem Celsitudini tuæ me & studia
 mea omnia, orans ut Nouiomagi tui aliquãdo me
 mineris. Bene uale princeps ac dux illustrissime. da
 rum Marburgi septimo Aprilis, Anno 1539.

ENCHIRI
 DION PRINCI-
 PIS AC MAGISTRATVS
 CHRISTIANI.



Risci poetae, qui etiã theo-
 logi habiti sunt, res cogni-
 tu factuq; necessarias, fabu-
 larum inuolucris obtege-
 bant, & id duplici ratione:
 Primum, ut blandius lecto-
 rum animos subirent: dein-
 de, ut teneras auriculas mi-
 nus offenderent. Hi admo-

nituri principes officij, sinxerũt Iouem medium in-
 ter Themis & Cratos in stellato solio, miro splen-
 dore quaquauerfum coruscãte, sedentem: cuius ius-
 su aquila, quam fingũt Iouis esse armigeram & ge-
 statricem fulminis, sceptrum flammis undiq; cõ-
 mens, principibus in manus dat. Porro Themis ho-
 nestatis dea, quam Latine fas possumus interpreta-
 ri, ensem: Cratos autem, quẽ Latine potentia est, di-
 adema aureum largitur. Quid autem aliud pruden-
 tes uiri significare uoluerũt per sceptrum, quod ab
 aquila Iouis iussu principibus tribuitur, quã im-
 perium & ius non nisi à Deo dari: Id quod Home-
 ro uisum est cum scriberet:

Rex unus qui scepra dedit, uenerandaq; iura,
 Iupiter.

Quo fit, ut antiquitas passim principes deorum ef-
 se discipulos & filios scribat. Quin à Menandro

A

SYMO
 Gelrien
 neli, Co
 nize, &
 nino a
 mino
 io,
 s Nouio

ei Petrus Aegi
 scribonius, uni
 rones qualis
 illegerit, ad do
 magistratus, q
 elicitime gu
 non indignat
 ti auspicio pa
 urant: quæ ad
 tero paucis di
 re uidebant,
 abore, oro ut
 t, & equitate
 mentes Ce
 starij Iocoz
 me & Italia
 aliquando me
 strime, da
 no 1573

CHRISTIANI PRINCIPIS

princeps dictus est imago animata Dei. Præterea, ut ethnicos omittamus nos ueritatis filij, nōne Deus noster optimus maximus, post Israeliticos iudices, Saulum elegit regem, & postea Dauidem, ut nobis declararet, Reges non nisi suo nutu terris dari? Hinc magnus ille Paulus ad Romanos scribens, inquit potestatem non nisi à deo esse. Niti itaq; debet summa ope princeps, ut qui simulacrum dei in terra gerit, & qui constitutus est à deo, ut illi quàm similibus efficiatur. Iam quòd sceptrum sit fulmineum, quid aliud sibi uult, quàm inuictum & ardentem animum, omnia difficilia penetrātem, & quicquid à recto declinat, amburentem? Cur uero Themis gladium porrigit? nisi ut princeps nihil agat præter id quod fas est & iura permittunt? Quod autem Cratos coronam exhibet, significat coronas, id est, ciuitates, quæ turrium ac mœniū figuram habent, non potestate esse opprimēdas, sed legibus conseruandas: ac ita agnoscat principes potestatem, ut & humanitatem sentiant, & benignitatē. Quod Agapetus quoq; his uerbis indicat: Sceptrū regni cum à deo susceperis, cogitato quomodo placebis ei quod illud tibi dedit. Super omnia enim quæ in regno præclara sunt, pietatis stemma regem exornat.

PIETAS PRINCIPIS

P V M.

SI ergo principes ac magistratus potestatem suam à deo habent, nisi ipsa ingratitude ingratiore iudicari uelint, pietatem colāt necesse est. Quanto opere uero deceat principes pie-

tas, ne
tum, i
buit,
mus
logue
Aegy
hipp
adm
eis li
auis
capi
tis li
& C
min
por
re, a
leue
si ui
q; A
sem
præ
am, u
cend

P
lam F
re uol
tam, u
scepre

NCIPIS

Di. Preterea
is filij, non De-
Uracliticos iudi-
a Dauidem, ut no-
nuu ueris dicit
iano: scribens, in
e. Nii itaq; debet
lacum dei in ter-
o, ut illi quam se-
perum in fulmi-
nium & casti-
terram, & quic-
r: Cur uero The-
ceps nihil agerit
ne? Quod autem
a coronas, id est,
figuram habent,
legibus conser-
uata, ut &
tate. Quod Aga-
stra regni cum
lo placebis ei q
n que in regno
em exornat.

NCI

agistratus
uti ipsi in gra-
prietatem collat
principes pie-

ENCHIRIDION.

tas, nemo est qui non nouit. Hæc autem ut deo cul-
tum, ita amicis, ciuibus & patriæ beneuolentiã tri-
buit, quæ si principibus perpetuo adsit, felicissi-
mus omnium censebitur. Addunt autem Mytho-
logici Eusebiæ sceptrum, quali olim usi sunt reges
Aegyptij, in summo ciconiæ figuram, in imo uero
hippopotamum exculptum habens. Nam quem-
admodum ciconia in Aegyptiorum hieroglyphi-
cis literis pietatem significabat, quod uidelicet hæc
auis sit maxime pia, ut scribit Plinius lib. decimo,
capite uigesimo, & Petronius Arbiter in fragmen-
tis libri Satyrici hanc pietatis cultricem uocat. Quin
& Diuus Ambrosius Romanis hanc pietatis no-
mine fuisse honestatam prodidit. Contra hippo-
potamus, cuius & Plinius & Dioscorides memine-
re, animal est truculentum & impiu: quod ubi ado-
leuerit, periculum facit, an patre fortius sit: quod
si uiribus præcellat, deuorat patrem Prudentes itaq;
Aegyptij hoc sceptro demonstrabant, Regibus
semper pietatem tanquam monumentum quoddam
præ oculis habendam esse: Vim autem, iracundi-
am, uindictam atq; id genus animi motus, coer-
cendos suppressendosq;.

PRUDENTIA.

Pietatem non potest deserere pru-
dentia, hanc geminis faciebus (ut Palladem il-
lam Homericam) Aegyptij effinxerunt, significa-
re uolentes, prudentiam undiq; debere esse ocula-
tam, undiq; circumsipientem. huic pro gestamine
sceptrum datum est, in cuius summo positus est ocu-
A ij

CHRISTIANI PRINCIPIS

las, quod uidelicet Aegyptij in sacerdotalibus no-
tis Regis imaginem exprimentes, hoc scepro uite
rectitudinem prudētiāq; cum uigilantia esse con-
iungendam, demonstrare uoluerunt. Hæc uirgo
omnium sagacissima, & à Solomone sapientibusq;
omnibus tantopere laudata, nullo in tempore, nul-
lo in loco, nulla in re, à principum ac magistratuū
latere recedat.

IUSTITIA.

Iustitiam perpetuo præ oculis ha-
bendam omnibus, in primis autem principibus,
nullus est qui nesciat. Sine iustitia enim (ut inquit
Cicero) nihil ualet prudentia: & diuus ille Ambro-
sius prudentiæ, fortitudini, temperatiæ, malitiam,
iracundiam, impatientiam, atq; huius generis uitia
plerunq; esse admixta scribit. Solam uero iustitiam
ceterarum uirtutum concordiam fulcire. Mytholo-
gici hanc ita depingunt, ut præferat labarum scipi-
oni deaurato affixum, in quo symbolum iustitiæ
est depictum, gladius scilicet, quem ambit corona,
in cuius cuspide statera lancibus utrinque pendu-
lis eminet. Tyrannidem fingunt pessundatam, be-
luam omnium terribissimam, maximēq; principibus
detestandam, capite serpentibus, draconibus, uipe-
ris obuincto, terribilem, ore hiulco, dentibusq; au-
dissimis homines deuorantem, sanguine pauperū
ebriam, uentricosam, insatiabilem, unguibus adun-
cis armatā, e leone, deniq; urso, lupo, & tigride for-
matam, qua de Israelitarū sapientissimus Solomon
scribit: Leo rugiens & ursus esuriens, princeps im-

pius in
quo q
ra e
nus: d
ro su
fi iust
tem c
picor
quã
iustit
bis, m
ris ter
latur
fucur

Iustit
core p
gnibu
amabi
biles, t
suo (u
Sis
Ma
Ne
Occ
Hæc u
mit, & a
dere cog

ENCHIRIDION.

pius in populum pauperem. Et Bias e Græcorum quoꝝ sapientibus unus interrogatus quænam fera eſſet pernicioſiſſima: Sylveſtrium, inquit, tyrannus: domesticarum, adulator. Ab hoc enim portento ſumme cauendum principibus: quod facile fiet, ſi iuſtitiam uirtutum omnium & fontem & parentem comitē habuerint, quam Ariſtoteles libro Topicorum ſecundo, tam utilem ſcribit eſſe ſubditis, quàm hubertas tēporis. Hinc præclare Cyprianus: Iuſtitia regis, pax eſt populorum, immunitas plebis, medela lægidorum, gaudium mortalium, æris temperies, ſerenitas maris, fecunditas terræ, ſolacium pauperum, hæreditas filiorum, & Regi ſpes futuræ beatitudinis.

CLEMENTIA.

Iuſtitia uero iuſtitia nõ eſt, niſi ad ſit clementia, quæ uirgo ſingitur, uenultate & decore præpollēs, ſolem & agniculum gerēs pro inſignibus. Hæc eſt quæ principes uiros faciles reddit, amabiles, benignos, hospitaes, beneficos, fauorabiles, adeo ut Theodoſiꝰ imperator Honorio filio ſuo (ut eſt apud Claudianũ) præceperit:

Sis pius in primis: & cum uincamur ab omni

Munere, ſola deos æquat clementia nobis.

Nec tibi quod liceat, ſed quod feciſſe decebit,

Occurrat, mentemqꝝ domet reſpectus honeſti.

Hæc uirgo crudelitatem humi alliſam pedibus premit, & ad tartarum tandem, unde egreſſa eſt, deſcendere cogit.

VERITAS.

A ij

RECIPI

indocibus no
nociepro uirg
glanna eſſe con
ni. Hac uirgo
de ſapientibus
in tempore nul
ac magiſtratu

A.
re oculis hæ
em principibus
enim (ut inquit
uus ille Amoro
arica, maliam,
us generis uita
uero iuſtitiam
ſicre. Mytholo
labarum ſapi
olum iuſtitia
mbit corona,
neque dependu
undaram, be
qꝝ principibus
conibus, uipe
denibus qui
quine pauperu
ngulus adun
& ſigne for
ner ſolomon
principi um

CHRISTIANI PRINCIPIS

Clementiam ueritas sequit̄, cuius
Cus simplicis uidelicet & nudę uirgunculae ef-
figiem ueteres Aegyptiorum reges, e collo penden-
tem gestare solebant, ut perpetuo obuersaretur ani-
mo. Maxime enim refert, ut principes ueritatem
agnoscant, & uerum à falso simulationeque discer-
nant. Nam assentatio ita huius imaginē nunc hoc,
nunc illo fuce, modo alijs atq; alijs sumptis per so-
nis mentitur: ita uenena melle circūlinat, ut uix (nī
si sis plane lynceus) queat dinosci. Habet autem, ut
inquit Tullius, adulatio principia iucunda, exitus
uero amarissimos. Ab hac peste tanquam præsenti-
taneo ueneno cauendū est principibus. Habeat igitur
aures apertas ueritati, assentatores & hypocri-
tas procul à se eliminēt. Nihil enim periculosius
principi, quā si aures adulatoribus accommodet,
plus enī (ut scribit Hieronymus) nocet lingua adu-
latoris, quā gladius hostis. Et Agapetus: Auersa-
re, inquit, fallaces adulatorum sermones, ut coruo-
rum rapaces mores.

MVNIFICENTIA.

Addidere ueteres prīcipalibus
uirtutibus, Munificentiam, quæ principes
maxime amabiles, cum contra auaritia, maxime
odibiles reddere solet. Quid enim turpius illi, qui
alijs imperat, q̄ si pecuniarum cupiditati ancillet?
Auaritia enim, autore Salustio, materies est omni-
um malorum: fidem, probitatem, cæterasq; uirtu-
tes & bonas artes euertit. Quare recte Agapetus
admonet: Si honore ex omnibus uis perfrui, prę-

hate c

I
an
Speci
teres
eloq
doct
regib
rit, ac
Plac
ande
tj. p
Hadi
Theo
cipes,
perij
adam
ebriet
inhor
cont
leger
fcent
deret
tis, uir
quaru
tem er
tes om

ENCHIRIDION:

ita te communem omnium benefactorem:

ERVDITIO ET VOLVPTATVM CON- TEMPTVS.

IN principū uero aulis, philologi-
am inter primos consiliarios uersari decet. Hęc
specie formę uenerandę ac maiestatis plenę, ue-
teres delinearunt, quę stipata Mercurio coniuge,
eloquętię pęsidente, cęterisq; castissimis uirginibus,
doctissimis fororibus, Gratijs ac Musis: maximis
regibus ac imperatoribus immortale decus pepe-
rit, ac semper paritura est. Nam hęc est illa, quam
Plato dixit beatas efficere Respublicas: qua Alex-
ander Magnus dicebat se malle antecellere, q̄ diui-
tijs. per quam Iulius Cęsar, Octauius Augustus,
Hadrianus, Marcus Antoninus Philosophus, uterq;
Theodosius, & multi alij minoris nominis prin-
cipes, plus glorię permanentis assecuti sũnt, q̄ im-
perij aut bellorum titulis ac tropęis. Hanc quisq;
adamauerit, non poterit non remittere nuncium
ebrietati, luxui, uenationi, aucupioq; nimio, alijsq;
inhonestarum uoluptatum illecebris. De quibus
contemnendis pulchre scribit Basilius Magnus, de
legendis antiquorum libris: Quod Herculi adole-
scenti, diu multumq; ambigenti, utram uiam ingre-
deretur: duas enim ante se spectabat: unā uolupta-
tis, uirtutis alterā: geminę matronę ei apparebāt,
quarum prior uirtus, posterior uitiositas. Hęc au-
tem erat excultissima, delicias, risus, iocos, uolupta-
tes omnimodas secum trahens, nihil non illecebrę

ICIPIS

sequit, cuius
uirginalis ef-
fere collo pendem
obseruata an-
cipis uenacem
ationeq; dūter-
agine nunc hoc
s lumpsis perfo-
illimie, ut uia tri
Habet autem ut
iucunda, exis
nquam pęsiden-
bus. Habet: igi-
nes & hypost-
im periculosus
s accommodat-
ocet lingua adu-
apenas: Auerē-
iones, ut coruā

TIA.

icipalibus
que principes
rura, maxime
urpius illi, quā
licari anuēte
eries et omni
erazq; uirtu-
ste Agrens
s patuq;

ENCHIRIDION.

rum ostendens, nihil non promittens quo adolescentis animum inescaret. Il' a uero horrida tora, laboriq; assueta, famem, sitim, imbres, sudores, arumnas tam terra quàm mari perferēdas, ob oculos posuit: premium uero illarum, immortalitatem forte sancte pollicita est. Hercules uero magno animo, despecta uoluptate, uirtutis uia ingressus, tandem in deorum numerum relatus est. Neque quæ hactenus annotauimus, antiquitas frustra fabu-

lata est. Reuera em̄, si principes ac magistratus pij, prudentes, iusti, clementes, ueraces, munifici, eruditi, uoluptatum contemptores fuerint, in æternum cum

IĒSV CHRISTO rege
regum & domino dominorum,
triumphabunt ac
regnabunt. .

HISTO

ION.
nitens quo adole-
ero horrida rota, la-
bres sudores, zru-
ferēdas, ob oculos
immortalitatem fo-
uero magno an-
s uia ingressus, can-
tus est. Neque que-
quiritas frustra fabu-
pes ac magistrat-
ementes, uerū
ipratum con-
ernum cum
O rege
omino-
int ac

HISTORIA BATA-
VICA, RHAPSODO GERAR-
DO GELDENHAVRIO
NOVIOMAGO.



Ultis ante Christum natum annis,
Bato regis Cattorum filius, nouer-
calibus petitus infidijs, à patre dis-
cessit, nobili gentis suæ iuuentute,
& haud mediocri popularium nu-
mero comitantibus.

Erat autem Bato statura procera, forma con-
spicuus, fortis uiribus, militaris rei peritissimus,
aditu facilis, ac in primis summus popularium su-
orum amator.

His regijs dotibus, ut nouercam in odiū, ita bo-
nam Cattorum partem, in sui amorē pellexerat.

Secessus uerò sui mense secundo, Rhenum eo
loci, ubi in duo quasi cornua diuiditur, cum suis
omnibus traiecit, legatosq; ad Menapium Tun-
grorum regem socerum suum misit, orans ut cō-
sulat, quo nam in loco minima cuiusuis iniuria
confidere posset.

Tungrorum rex ubi legatos audiuit, Mosā tra-
iecto, ad Batonem properat, quem sibi occurren-
tem amplectens, in arcem Magum, quæ ad Mosæ
ripam est, excepit, & secessus causa comprobata,
consilium dat, ut ab eo loco, ubi Rheno traiecto
confederat, ad Mosæ Vahalisk; confluentem usq;
regionem cultoribus uacua occuparet.

Quod cum Bato seniorum nobilitatisq; consi-
lio, genti suæ indicasset, Tungri consilium appro-
bant, & in Rheni ripa casas erigere cœperunt.

B

HISTO

Bato uerò, socero ad Tungros reuerso, haud p-
cul à Mofa, in cōspectu Magi arcem extruxit, quæ
conditoris nomen Batoburgum in hunc usq; di-
em retinet. Eodē tempore & Cattuicus aliquot
passuum millibus supra Batoburgum, in ueterum
cōsanguineorum memoriam, ædificari cœptus.

Quum autem Rheni ripa, & quicquid agri in-
ter Mofam & Vahalim (quæ Mosaualia dicitur)
tantæ multitudini non sufficeret, insulam etiam
intra Rhenum Vahalimq; sitam, ad oceanum usq;
inhabitare cœperunt, Batauorumq; insulam no-
minauerūt. Et sicut in Mosaualia Cattuicum ter-
minum regionis esse placuerat, ita & eiusdem no-
minis ad oceanum quoq; pagum constituere. &
ne in insulã facilis pateret traiectus, in initio ipsi-
us arcem construxere, quã Loepekam, id est, cur-
sus angulum nuncupârunt.

Cumq; Bato summa æquitate p̄fesset, & nō pau-
cos uicos, pagos, municipia, & arces extrueret, eas
nobilitatis suæ nominibus appellandas curauit.

Tandem regij alicuius palatij construendi cō-
siliium capit, in quo tam insulanis quàm Mosaua-
lianis ius dicere commodè possit. Quumq; iuben-
te rege, architecti totam Batauorum regionem di-
ligenter perlustrassent, indicant se collapsæ cuius-
dam arcis uestigia, in editiore colle, qui pro ripa
Vahali adiacet, paululū infra eum locum, ubi pri-
mum traiecto Rheno, castra locârant, uidisse, quo
regiæ ædificandæ, iuri dicendo, ditioni tutandæ,
nullus esset aptior. Inquirat Bato à Tungris, quis-
nam arcis illius fundamenta olim iecerit. Narrât
hi, potētissimum olim Galliarum regem Magum,

Ditis
rum
eam
hab
cur
sta
uer
for
pli
ab

rum
uic
mi
mi

uic
Ca
nas
& l
M
agr
stri
reg
I
Bar
pro
Car
tata
Rom
senac
Iul

Ditis filium, ibi nominis sui arcem ædificasse. Verum illius filios, in interiorem Galliam abeuntes, eam neglexisse, & iam à multis annis nemini inhabitatam esse. Animatus hoc responso Bato, locum adiit, indeq; superam insulæ partem prospectans, & à sinistris agrum fertilissimum, à dextris uero, collium, uallium, sylvarumq; amœnitate, ac fontium scaturigine captus, restaurari & muro triplici ornari simul & muniti, eamq; Nouiomagū ab innouatione dici iussit.

Mortuo Batone, filius ipsius Hesus, Batauorum rex totius gentis acclamatione salutat, Nouiomagum, ubi natus erat, mirum in modum domibus auxit, ita ut inferior oppidi pars, ipsius nomine Hessi mons, in hæc usq; tēpora uulgo dicat.

Post hæc communi Batauorum consilio, Nouiomagum regia & caput gentis constitutum est. Cæpitq; Batauorum nomen non solum per uicinas Galliarum regiōes, uerum etiam per Italiam, & longius distitas prouincias, celebrari.

Mos quippe Batavis erat, iuuentutem, quæ ab agris colendis uacabat, militari & in primis equestri disciplina exercere, atque exercitos in exteras regiones ad stipendia facienda mittere.

Itaq; factum est, ut bello Mithridatico aliquot Batauorū cohortes, sub Lucio Cæsare, tū Achaie proconsule, patre Iulij Cæsaris, militaret unā cū Carolo Inacho Tungrorum regis filio. Horum rāta uirtus & fortitudo fuit, ut senatus populusq; Romanus, regem & gentem Batauorum, amicos senatusconsulto ac plebiscito declarauerit.

Iulius aut Cæsar mortuo patre suo, Batauorum

B ij

os reueto, had p
arcem extruxit, que
um in hunc usq; di
Carniuus aliquot
urgum, in ueterem
, ædificari cepit
& quicquid agri in
Mofaualia dicitur)
ret, insulam etiam
n, ad oceanum usq;
umq; insulam no
lia Carniuum re
, ita & eundem no
um constituere. &
ectus, in initio ip
pekam, id est, cur

e peller, & nō pau
arcem extrueret, eas
ellandas curauit.
ij constituendi cō
is quam Mofaual
Quumq; iuben
rum regionem di
e collapse cuius
lle, qui pro nra
n locum, ubi pri
rant, nichil, quo
litioni uendæ,
i Tungris, quib
ie cent. Narrat
egem Nagum,

cohortes in summo honore semper habuit, hos corporis sui custodes cōstituit, his primam aquilam in dubijs bellis credidit, horum potissimum opera Britanniam subegit.

Durāte etiam bello Gallico, Cæsar Nouiōmagum usq; descendit, & in amicitia suæ erga Batauos memoriam, arcis partem, quæ Vahali imminet, Romanorum more, per suos architectos & fabros, aduersus aquarum impetum muniri fecit, ab ipsoq; ea structura, Domus auxiliaris, Batauicæ: Dathuys ter hulpen, nuncupata est.

In bello uerò ciuili, Batauorum cohortes, Pompeianos uicerunt, & Pompeium in fugā uertērūt.

Mortuo Cæsare dictatore, fidelissimi in Romanorum amicitia ad Vitellij imperium usq; Bataui perstiterunt: Augustus quoq; Octauius in comitatu suo multis annis eos detinuit, & Tiberius corporis custodes delegit.

Sub Druso uerò & Germanico, strenuam Romanis operam pace belloq; iam clari, nauarunt.

Regnāte autē Caligula, nō nihil tam insani principis imperiū detrectantes, Romanis restiterunt.

Sub Claudio, reddita illis pristina libertate ac dignitate, crebris p Britannias uictorijs claruerūt.

Neronis uero ac matris eius Agrippinæ, corporis custodes, ueteri more cōstituti. Tandem à Galba contumelijs affecti, in patriam rediere.

Vitellius Cæsar, quum Batauorum fortitudini, uictos Othonianos, acceptum referre deberet, beneficiorum immemor, luxu & auaritia præfectorum suorū, eos ad defectiōem adegit. Hinc atrox bellum inter Batauos & Romanos exortum est.

Man
pidū
defec
con
tau
ria
S
dij
Ille
Int
Ha
Ac
En
Ac
Qu
No
Hi
Vid
Ex
C
gra
ber
olin
ro f
mea
à leg
nara
pta e

Manente hoc bello, Nouiomagum Batauorū oppidū ab ipso gentis duce, quia id aduersus hostes defendere nequibat, succēsum est. Tandem æquis conditionibus ab armis discessum, manente Batauis apud Vespasianum & filios eius, ueteri gratia & autoritate.

Sub Hadriano Augusto rursus corporis custodiæ adhibiti, qui Sorano Barauo epitaphium tale scripsit:

Ille ego Pannonijs quondam notissimus oris,
 Inter mille uiros primus fortisq; Batauos,
 Hadriano potui qui iudice, uasta profundi
 Aequora Danubij, cunctis tranare sub armis,
 Emissumq; arcu, dum pendet in aëre telum,
 Ac credit, ex alia fixi fregiq; sagitta.
 Quē neq; Romanus potuit, neq; barbarus unq;
 Non iaculo miles, non arcu uincere Parthus,
 Hic situs, hic memori saxo mea facta sacraui.
 Viderit an ne aliq; post me mea gesta sequetur:
 Exemplo mihi sum, primus qui talia gessi.

Quum uero multis Augustis & fidelissimi, & gratissimi fuissent, imperante Septimio Seuero, libertatibus & honoribus ornati, in Britannijs (ut olim) sæpe felicissimè pugnarūt. Quàm grati Seuero fuerint, satis declarant uetustatis monumenta, mea ætate eruta, nō procul à Legia oppido, quam à legionibus, quæ ibi castra habuerunt, denominatam uerisimilis coniectura est. His hæc inscripta erant:

B iij

imper habuit, hos
 his primam acqui-
 orum pacillum

Cæsar Nouioma-
 tiæ suæ erga Bara-
 uæ Vahali immi-
 is architectos & fa-
 im muniti fecit ab-
 siliaris, Batauicæ
 a est.

im cohortes, Pon-
 non in fugâ uentis,
 leuissimi in Roma
 verium usq; Barau-
 & Tiberius cor-

to, strenuam Ro-
 clari, nauarunt.

il tam infanti prin-
 tanis restiterunt.

stina libertate ac
 etorij claruerunt.

grippinæ, corpo-
 i. Tandem à Gal-

rediere.

tum fortitudini,
 erre debent, be-

aricia præfecto-
 git. Hinc atrocis
 is exortum est.

HISTORIA

IMP. CAES. L. SEPTIMIUS
SEVERUS AVG. ET M. AN
TONINUS CAES. COH. VOL.
ARMAMENTARIUM VETV-
STATE CONLAPSUM RE-
STITVERUNT SVB VAL. PV
DENTE LEG. AVG. PR. PR.
CVRANTE CAECIL. BATOE
PRAE. GENS BATAVORVM
AMICI ET FRATRES RO-
MANI IMPERII.

Constantio autem Cæsari, ac Constantino, qui
postea Magnus dictus est, in Britannia olim com-
mitones Bataui, magnum momentum ad impe-
rium Romanum obtinendum, attulerunt.

Nec Iuliano in pugna Argentoratensi, auxilia-
trices Batauorum turmę defuerunt, sed ipsius ex-
ercitui in pugna laboranti, animum addidere, &
uictorię causã fuerunt.

Post hæc tēpora barbaris nationibus Romani
imperij prouinciã incurstantibus, Bataui egre pa-
triam suam tutati sunt.

Tempore uerò Pippini Francorum ducis, Da-
nis & Frisiis fortiter aliquandiu resistentes, tan-
dē hostili ui coacti sunt, Frãcorū & regē & religio-
nē suscipere, manēte tñ nō solū ea libertate, q̄ a Cæ-
sarib⁹ donati erāt, uerū etiã multis modis aucta.

Ca
colla
māni
tori,
A
mea
nia
F
lim
ma
nis
C
run
par
ci o
adu
tibi
coa
leg
hist
cum
mul
F
fus,
mag
V
den
rum
preci
miti,
onis e
sum

Carolus autem Magnus Nouiomagum arcem collabascntem reparauit, & sacellū, quod ibi dijs manib⁹ aucteribus cōsecratū erat, Christo Seruatori, per Leonē Romanū episcopū cōsecrari fecit.

Aedificauit & in hac arce tribunal, quod ibi mea ætas uidit, in quo crebrò inferioris Germaniæ populis ius dixisse legitur.

Regnante Ludouico, Nortmanni classe Vahalim ingressi, totam insulā deuastarunt, & Nouiomagi regium palatium miri operis & magnitudinis exusserunt.

Carolo autem Caluo rerum potiente, Batavorum gens trifariam diuisa est. Inferior enim insule pars, quæ mutato nomine, Holtlandia à Frisjs dici cœperat, partim episcopi Ultraiectini, partim aduenticij cuiusdam principis iussa facere, iubentibus Francici sanguinis Cæsaribus, uolens nolēs coacta est. Hinc crebra bella exorta sunt, quæ si quis legere uolet, habet Holtlandorū Ultraiectinorūq; historias. Superior autem insulæ pars, quæ Batauicum nomen retinet, & Nouiomagū caput gentis, multis annis sub Cæsaribus libera mansit.

Fridericus uerò, primus huius nominis Augustus, Batavorum libertatem auxit, arcem Nouiomagum instauratam muniuit.

Vicini autem principes horum libertati inuidentes, arte ipsis nota V Vilhelmo ex Holtlandorum comite, Romanorum regi, impudentioribus precibus persuaserunt, ut Othoni Gelriæ tum comiti, Nouiomagum & quicquid illius iurisdictionis erat, pro magna, quam ei debebat, aureorum summa, pignori daret. Quod Batavis Nouiomagum

PTIMVS
T M. AN
DH. VOL.
I VETV.
VM RE.
VAL. PV
. PR. PR.
. BATO
AVORVM
ES RO.

onstantino, qui
nnia olim com
ntum ad impe
derunt.
reant, auxilia
sed ipsius ex
m addidit, &

ibus Romani
Batavi egre pæ

im ducis, De
sistentes, can
gē & religio
rrate, q; Cæ
odiuata.



gisq; frustra cōtra nitētibus, V Vilhelmus fecit, & Rodolphus post eum Cæsar factus, ratū habuit.

Hæc rerum omnium uicissitudine factum est, ut insula quondam nobilissima ac potentissima, in multas ditiones discerpta, sub quodam seruitutis iugo depressa iaceat.

Hæc sparsim Batauicè scripta, ut cunq; latina feci, & in hunc ordinem redegi. Secutus autem sum historias ducum Gelriæ, quas clarissima princeps Catharina filia Arnoldi ducis Gelriæ, patri meo Gerardo Geldenhaurio dono dederat, & historias ducum Cliuentium, quæ fuere Adolphi filij ducis Cliuentis, qui uulgò à Rauensteino dicebat.

Restat ut de præcipua Batauorum nobilitate, cuius progenies hodie quoq; floret, pauca addam.

Vetustissima inter Batauos nobilitas est heroum Herculanorū, qui genus ab Hercule Alemanno, totius olim Germaniæ rege, ducere asserunt. Ab his originem trahit Gelriorum dux Carolus, comites Egmondani, Florētius comes Buirensis, principes etiam ab Hocklem, ab Aspera, & multi alij minoris nominis.

Maiore generis nobilitate Egmondani gloriantur, sed hi quum à Frisiorum regibus stemma deducāt, inter ueteres Batauos numerari non possunt, licet Herculanis affinitate iuncti, iam primas inter Batauos obtineant. Horum etiam caput & princeps est, Carolus Gelriorum dux, cuius paternum stemma ab Herculanis & Egmondanis progressum habet.

Quare non parum iuris, in castris Herculis (Batauicè, Datlant van Erkell) Carolus Gelrius ha-

ber. P
dem
stor
M
pet
gra
ci e
rur
no
rin
lar
ta
un
tu
de
ci
ob
à u
tib
ru
to
fu
ru
tio
nis
riffi
pris

bet. Præterea, per nobilissimã dominam Irmgardem filiam comitis Cluensis, uxorem principis castrorum Herculis, in ducatu Cluensi.

Maternũ uero tãti ducis stēma (ut hoc obiter, ppter imperitos quosdam ueterũ historiae historio-graphos addam) à Francorum regibus, quadruplici consanguinitatis ratione deducitur. Hinc mirum est qua maleuolētia, qua inuidia, qua infania nonnulli chronicorum consarcinatores, toti à ueritate abalienati, regium Egmondanorum, Herculanorum, ac Gelriorũ stemma extenuare ausint.

His accedunt Batoburgi nobilissimi planè Bataui, qui & Bohemorum regum & Columnensium Romanorum affines & consanguinei, nõ multum infra maximos principes nobilitate & fama descenderunt.

Lunata præterea Vuassennariorum insignia, circa maritima in Batauis principem eos locum obtinuisse indicant.

Supersunt Brerodani, sed horũ nobilitas non à ueteribus Batauis, sed ab Holtlandorum comitibus orta est.

Hæ sunt ferè insigniores, hac ætate, Batauorum familiæ: uerum minorum opum & famæ, tot sunt inter eos nobiles, ut difficile admodum fuerit, si quis uel nominatim adnotare uelit, quorum cum in Hollandica historia crebra fiat mentio, hic nihil addemus.

Collegimus autem ex ueteribus, primiq; nominis historicis quædam Batauorum gesta, quæ clarissimorum scriptorum uerbis, indicibus præscriptis, bona fide his adiunximus. Neq; te moueat le

telmus fecit, &
us rati habuit,
line factum est,
c potētissima,
quodam seruu

rcung latina te
utus autem lum
issima princeps
elrix, patri meo
derat, & hitor:
Adolphi filii du
teino dicebat:
um nobilitate,
paucã addam.
bilitas est hero-
hercule Aleman
ucere asserunt,
m dux Carolus,
omes Burenſis,
Aspera, & multi

ondani glori-
egibus stemma
merati non pol-
ctijam primas
etiam caput &
dux, cuius pa-
Egmondanib

is Herculis (Ba
Gelius ha-

etor, quòd nonnulla quæ Germanis generaliter adscribuntur, solis Batauis tribuamus: autoritatem enim & Batauicæ historiæ, & magnorum uirorum exempla hac in re sequuti sumus. Lege & diligenter diiudica, quisquis es qui hæc in manus sumpseris: & si à uero alicubi errauimus, candidè admoncas.

Germanos Batauos Cæsar secū habuit.

Cæsar bel.
gal. lib. 7.



Aborantibus iam suis, Germanos equites circiter quadringētos submittit, quos ab initio secum habere instituerat. Eorum impetū Galli sustinere non potuerunt, atq; in fugā cōiecti, multis amissis, se ad agmē receperūt.

Batauorum cohortes Cæsar segregat.

Cæsar bel.
ciuilis li. 3.

¶ Simul his rebus animaduersis, quas demonstrauimus, timens ne à multitudine equitum dextrum cornu circumueniretur, celeriter ex tertiâ acie singulas cohortes detraxit, atque ex his quartam instituit, equitatuiq; opposuit, atq; quid fieri uellet ostendit, monuitq; eius diei uictoriâ, in earum cohortium uirtute constare.

Batauorum cohortes Pompeianos uincunt.

Ibidem.

¶ Quod ubi Cæsar animaduertit, quartæ aciei quam instituerat ex cohortium numero, dedit signum. Illi celeriter procurrerunt, infestisq; signis, tanta ui in Pompeij equites impetum fecerunt, ut eorum nemo confisteret, omnesq; conuersi, non

solum loco excederēt, sed protinus incitati, fuga montes altissimos peterent.

Laus cohortium Batauicarum.

¶ Neq; uero Caesarē fefellit, quin ab his cohortibus, quæ contra equitatum in quarta acie collocatæ essent, initium uictoriæ oriretur, ut ipse in cohortandis militibus pronūciauerat. Ab his enim primum equitatus est pulsus, ab iisdem factæ cædas sagittariorum atq; funditorum, ab iisdem acies Pompeiana à sinistra parte erat circūuenta, atque initium fugæ factum. Nam cum diu æquo Marte contenderent, iussuq; Pompeij fusus à cornu erupisset equitatus, repente hic dato signo, Germanorum cohortes tantum in effusos equites fecere impetum, ut illi esse pedites, hi uenire in equis uiderentur. Hanc stragem fugientis equitatus, leuis armaturæ ruina comitata est: tūc terrore latius dato, turbatibus inuicē copijs, reliqua strages quasi una manu facta ē. Nec ulla res magis exitio fuit, quàm ipsa exercitus magnitudo.

Bataui Augusti Octauij armigeri.

¶ Ex militaribus copijs legiones & auxilia uinciatim distribuit. Classem Miseni & alteram Rauiennæ ad tutelam superi & inferi maris, collocauit. Certum numerum partim in urbis, partim in sui custodiam allegit, dimissa Calaguritanorum manu, quam usq; ad deuictum Antonium: item Germanorum, quam usque ad cladem Varianam, inter armigeros circa se habuerat.

Bataui custodes Tiberij,

Sueto. in Octauio.

Tact. lib. 1 ¶ Cohortes delecto milite supra solitum firmata, additur magna pars prætoriani equitis, & Germanorum, qui tum custodes imperatori aderant.

Insulæ Batauorum descriptio.

Tact. lib. 2 ¶ Insula Batauorum, in quam cõuenirent, prædicta, ob faciles appulsus, accipiendisq; copijs & transmittēdis ad bellum opportuna. Nam Rhēnus uno alueo cõtinuus, haud modicas insulas circumueniens, apud principium agri Bataui, uelut in duos amnes diuiditur, seruatq; nomen & uolentiam cursus, qua Germaniam præreruehitur, donec Oceano misceatur: ad Gallicam ripam latior & placidior adfluens, uerso cognomento, Vahalim accolæ dicūt: mox id quoq; uocabulum mutat Mosa flumine, eiusq; immenso ore eundem in Oceanum effunditur.

Bataui auxiliares Romanorum, nandi periti.

Ibidem ¶ Postremum auxiliorum agmen, Batauiq; in parte ea, dum insultāt aquis, artemq; nandi ostentant, turbati & quidam hausti sunt.

Ducis Batauorum & nobilitatis fortitudo.

Ibidem ¶ Carioualda dux Batauorum erupit, eum Cherusci fugam simulantes, in planitiem saltibus circumiectam traxere: deinde coorti & undiq; effusi, tendunt aduersus, instant cedentibus, collectosq; in orbem pars congressi, quidam eminus, proturbāt, Carioualda diu sustentata hostiū sequitia, hor-

ratus suos, ut ingruentes cateruas globo perfringerent, atq; ipse erumpens, congestis telis & suffosso equo, labitur, ac multi nobilium circa: ceteros uis sua aut equites, cum Stertino Aemilioq; subuenientes, periculo exemere.

Batauorum & Germanorum aduersus Frisios auxilia.

¶ Eodem anno Frisii transhenanus populus, pacem exuere, nostra magis avaritia, quam obsequii impatiētes. Tributum ijs Drusus iusserat modicum pro angustia rerum, ut in usus militares corpora bouum penderent, non intenta cuiusquam cura, quæ firmitudo, quæ mensura, donec Olennius è primipilaribus, regendis Frisiiis impositus, terga urorum delegit, quorum ad formam acciperentur. Id alijs quoq; nationibus arduum, apud Germanos difficilius tolerabatur, quibus ingentium beluarum feraces saltus, modica domi armenta sunt, ac primo boues ipsos, mox agros, postremo corpora coniugum aut liberorum seruitio tradebant. Hinc ira & questus, & postquam non subueniebat remedium ex bello, rapti qui tributo aderant milites, & patibulo affixi. Olennius infensos, fuga præuenit, receptus castello cui nomen Fleuum, & haud spernenda illic ciuium sociorumq; manus, littore Oceani præsidebat. Quod ubi L. Apronio inferioris Germaniæ proprætori cognitum, uexilla legionum è superiore prouincia, peditumq; & equitum auxilium delectos acciuit, ac simul utrūq; exercitum Rheno deuectum, Frisiiis intulit, soluto iam castello obsidio, & ad sua turanda di-

Tacit. li. 4.

gressis rebellibus. Igitur proxima aestuaria aggeribus & pontibus traducendo grauiori agmini firmat, atq; interim repertis uadis, alam Canninesatem, & quod peditum Germanorū inter nostros merebat, circūgredi terga hostium iubet, qui iam acie compositi pelluntur, turmas sociales equitesq; legionū subsidio missos, tum tres leues cohortes, ac rursus duas, deinde tempore interiecto acrius eques immissus, satis ualidi si simul incubuissent, per interuallum aduentantes, neq; constantiā addiderant turbatis, & pauore fugiētium auferebantur. Cethecio Labeoni legato quātæ legiōis, quod reliquum auxiliorū, tradit: atq; ibi dubia suorum re, in anceps tractus, missis nūcijs, uim legionum implorabat. Prorumpunt Quintani ante alios, & acri pugna hoste pulso, recipiunt cohortes alasq; fessas uulneribus: neque dux Romanus ultū iit, aut corpora humanit, quanq̃ multi tribunorū p̃fectorumq; & insignes cēturiones cecidissent &c. Clarum inde inter Germanos Frisum nomen.

Bataui circa Caligulam.

Sueto. in
Caligula.

¶ Militiam resq; bellicas semel attigit, neque ex destinato, sed cum ad uisendum nemus flumentq; Clitumni Meuaniam processisset. Admonitus de supplendo numero Batauorum, quos circa se habebat, expeditionis Germanicæ impetum cepit.

Batauorum regis filius transfuga.

Ibidem.

¶ Nihil autem amplius, quam Admimocino Bellini Batauorum regis filio, qui pulsus à patre, cum exigua manu transfugerat, in deditiōem re-

cepto, quasi uniuersa tradita insula, magnificas Romam literas misit.

**Gannascus Canninefas pirata
sub Claudio.**

¶ Gannascus natione Canninefas, auxiliarius & diu meritus, post transfuga, leuibus nauigijs prædabundus Gallorum maxime oram uastabat, non ignarus dices & imbelles esse. Taci.

Bataui custodes matris Neronis.

¶ Excubias militares, quæ ut coniugi imperatoris solitum, ut & matri seruabatur, & Germanos super eundem honorem custodes additos, digredi iubet. Taci. li. 13.

Nero Batauis Germanis fidebat.

¶ Volitabantque per fora, per domos, rura quoque & proxima municipiorum, pedites equitesque permixti Germanis, quibus fidebat princeps quasi exteris. Taci. li. 15

Bataui, olim custodes corporis a Cæsaribus instituti, fidelissimi fuere.

¶ Item Germanorum cohortem, a Cæsaribus olim ad custodiam corporum institutam, multisque experimentis fidelissimam, dissoluit, ac sine ullo modo remisit in patriam. Sucto. in Salva

In Batauorum cohortibus magnum uictoriae momentum sub Vitellio.

¶ Iulius deinde Ciuilis periculo exemptus, prepotens inter Batauos, ne supplicio eius ferox gens alienaretur, & erant in ciuitate Lingonum, octo Taci. li. 18.

Batauorum cohortes quartadecimæ legionis auxilia, tū discordia temporū à legione digressæ, p-
ut inclinassent, grande momētū socij aut aduerſij.

**Iurgia & rixæ Batauorum
& legionariorum.**

Tact. li. 12.

¶ Sed breuis lætitia fuit, cohortium intemperie, quas à legione quartadecima, ut supra memoraui-
mus, digressas, exercitui suo Fabius Valēs adiūxerat, iurgia primum, mox rixa inter Batauos et
legionarios, dum his aut illis studia militum ad-
gregātur, propè in prælium exarsere, ni Valēs ani-
maduerſione paucorum, oblitos iam Batauos im-
perij, admonuiſſet.

**Bataui & transrhenani, Padum trans-
gressi, Othonianos terrent.**

Ibidem.

¶ Irritabat quin etiam Batauos transrhenanosq; Padus ipse, quem repente contra Placentiam transgressi, raptis quibusdam exploratoribus, ita cæteros terruere, ut adesse omnem Cæcinæ exercitum, trepidi ac falsi nunciarent.

**Batauicarum cohortium gloriatio
& laudes.**

Ibidem

¶ Cohortes Batauorum, quas bello Neronis à quartadecima legione digressas, cum Britanniam peterent, audito Vitellij motu, in ciuitate Lingonum, Fabio Valenti adiunctas retulimus, superbe agebant, ut cuiusq; legionis tentoria accessissent, coercitos à se quartadecimanos, ablaram Neroni-
Italiam, atq; omnem belli fortunam in ipsorum

man-
bus;
plin-
diā
uire
bor
ene
for
ire
tū
tiff
lor
ex
po
nit
no

tor
beb
Lib
cer
ribi
tes
diri
onil
rētū
pes,
cta in
tella

manu sitam iactantes. Contumeliosum id militibus, acerbum duci, corrupta iurgiis aut rixis disciplina. Ad postremū Valens petulantia, etiam p̄sidiā suspectabat. Igitur nuncio allato, pulsam Treuirorum alam, Tungrosq; à classe Othonis, & Narbonēsem Galliam circumiri, simul cura socios tuendi, & militari astu, cohortes turbidas, ac si unā forent præualidas, dispergendi, partē Batauorum ire in subsidium iubet. quod ubi auditum vulgātūq; mœrere socij, fremere legiones, orbari se fortissimorum uirorū auxilio, ueteres illos & tot bellorum uictores postq̄ in conspectu sit hostis, uelut ex acie abduci, Si prouincia urbe & salute imperij potior sit, omnes illuc sequerentur: sin uictoria, sanitas, sustētaculum, columen in Italia uerteretur, non abrumpendos ut corpori ualidissimos artus.

Bataui Germani, nauali pugna Othonianos pellunt.

¶ Et erat insula amne medio, in quam gladiatores manibus molientes, Germani nando prælabebantur. Ac forte plures transgressos, completis Liburnicis, per promptissimos gladiatorum, Macer aggreditur. Sed neque ea constantia gladiatoribus ad prælia quæ militibus, nec perinde nantes è nauibus, quàm stabili gradu è ripa uulnera dirigebant. Et cum uarijs trepidantium inclinatonibus immixti remiges propugnatoresq; turbaretur, desilire in uada ultrò Germani, retētare puppes, scandere foros, atq; cominus mergere: quæ cūcta in oculis utriusq; exercitus quanto letiora Vitellianis, tanto acrius Othoniani causam auctorēq;

C

Tacit. li. 13.

cladis detestabantur. Et prælium quod abruptis
quæ superfuerant nauibus, fuga diremptum.

Eiusdem pugnae cōmemoratio. Ex
hoc loco & alijs patet, Batauos,
nunc Germanos cōmuni uo-
cabulo, nūc suo dictos.

Tact. li. 15.

¶ Accessit recens auxilium Varenus Alphenus
cum Batauis, fusa gladiatorū manu, quam nauibus
transuectam oppositæ cohortes in ipso flumi-
ne trucidauerant. Ita uictores latus hostium inue-
cti, & media acie perrupta, fugere passim Othoni-
ani Bebriacum petentes,

Batauorū & legionariorū discordia.

Ibidem.

¶ Angebat Vitellium uictarum legionū haud-
quaquam fractus animus. Sparsæ per Italiam & ui-
ctoribus permixtæ, hostilia loquebantur, præci-
pua Quartadecimanorum ferocia, qui se uictos
abnuebant. Quippe Bebriacensi acie, uexillarijs
tantum pulsis, uires legionis non adfuisse. Remit-
ti eos in Britanniam, unde à Nerone exciti erant,
placuit, atq; interim Batauorum cohortes unà ten-
dere, ob ueterem aduersus Quartadecimanos dis-
cordiam. Nec diu in tantis armatorum odijs qui-
es fuit. Augustæ Taurinorum dum opificem quen-
dam Batauus ut fraudatorem insectatur, legiona-
rius hospitem tuetur, sui cuiq; commilitones ag-
gregati, à conuicijs ad cædem trāsire. & prælium
atrox arsisset, ni duæ prætorix cohortes causam
quartadecimanorum secutæ, his fidutiam, & me-
tum Batauis fecissent: quos Vitellius agmini suo

iungi ut fidos, legionem Graijs alpibus traductā,
eo flexu itineris ire iubet quo Viennam uitarent.

Batauorum cohortes in Germaniam remissæ.

¶ Cohortes Batauorum, ne quid truculentius
auderent, in Germaniam remissæ, principium in-
terno simul externoq; bello parantibus fatis.

Ibidem.

Batauorum descriptio & prælia ad- uersus Romanos, in quibus uici- norum Germanorum cre- bra fit mentio.

¶ Iisdem diebus, crebrescentem cladis Germa-
nica famam, nequaquam mactata ciuitas excipiebat,
caesos exercitus, capta legionū hyberna, desciuif-
se Gallias, non ut mala loquebātur. Id bellum q-
bus causis ortum, quāto externarum sociarumq;
gentium motu flagrauerit, altius expediam. Bata-
ui donec trans Rhenum agebāt pars Cattorum,
seditione domestica pulsī, extrema Gallicę orę ua-
cua cultoribus, simulq; insulam inter uada sitam
occupauere, quam mare Oceanum à fronte, Rhe-
nus amnis tergum ac latera circumluit, nec opibus
Romanis, societate ualidorū attriti, uiros tantum
armaq; imperio ministrant, diu Germanicis bel-
lis exerciti, mox per Britanniam gloria transmis-
sis illuc cohortibus, quas ueteri instituto nobiliss-
mi popularium regebant. Erat & domi delectus
eques, præcipuo nandi studio arma, equosq; reti-
nens, integris turmis Rhenum perumpere, Iulius

Ibidem.

um quod aboptis
sa dirempum.

moratio. Ex
t, Batauos,
Smuniuo
dictos.

arenus Alphen
nanu, quam nati-
ores in ipso flui-
tus hostium in-
re passim Othui

drū discordia.
um legionū haud
per Italian & ai-
uebantur, præci-
cia, qui se uictos
si acie, uexillarijs
aduisse. Remit-
ne exciuerant,
ohortes unā cen-
tdecimanos dis-
prum odij qui-
opificem quem
statu, legiona-
miliones ag-
ere, & prælium
ortes cauzm
uriam, & me-
is agmini suo

Paulus & Claudi⁹ Ciuilis regia stirpe, multo cæteros anteibāt. Paulum Fonteius Capito falso rebellionis crimine interfecit. iniectæ Ciuili cæternæ. missus ad Neronē, & à Galba absolutus, sub Vitellio rursus discrimen adit, flagitante supplicium eius exercitu. Inde causæ irarum, spesq; ex malis nostris. Sed Ciuilis ultra q̄ barbaris solitum, ingenio solers, & Sertorium se aut Hanibalem ferens, simili oris dehonestamento, ne ut hosti obuiam iretur, si à populo Romano palàm descuisset, Vespasiani amicitiam studiumq; partiū preten dit, missis sanè ad eum Primi Antonij literis, q̄bus auertere accita à Vitellio auxilia, & tumultus Germanici specie, retērare legiones iubebatur. Eadem Ordeonius Flaccus præfens monuerat, inclinato in Vespasianum animo, ut reipub. cura, cui excidium aduentabat, si redintegrandum bellum, & tot armatorū millia Italiam irrupissent. Igitur Ciuilis desciscēdi certus, occultato interim altiore consilio, cætera ex euentu iudicaturus, nouare res hoc modo cœpit: Inssu Vitellij Batauorū iuuentus ad delectum uocabatur, quem suapte natura grauem onerabant ministri auaritia & luxu, senes aut inualidos conquirendo, quos precio dimitterēt: rursus impuberes, sed forma conspicui (& est plerisq; procera pueritia) ad stuprum trahebantur. Hinc inuidia, & compositi seditionis autores, perpulere ut delectum abnuerent. Ciuilis primores gentis, & promptissimos uulgi, specie epularū, sacrum in nemus uocatos, ubi nocte ac lætitia incaluisse uidet, à laude gloriaq; gentis orsus, iniurias & raptus, & cætera seruitij mala enumerat. Neq; enim

societatem, ut olim, sed tanquam m̄cipia haberi, quando legatum graui quidem comitatu, & supbo cum imperio uenire, tradi se præfectis centurionibusq̄, quos ubi spolijs & sanguine expleuerint, mutari exquiriq̄, novos sinus & uaria p̄dandi uocabula. Instare delectum quo liberi à parentibus, fratres à fratribus ueluti supremum diuidantur, nunquam magis afflictam rem Romanā, nec aliam in hybernis q̄ prædā & senes, attollerēt tantum oculos, & inania legionum nomina ne pauescerent. esse sibi robur peditum equitumq̄, cōsanguineos Germanos, Gallias idem cupiētes. ne Romanis quidem ingratum id bellum, cuius ambiguum fortunam Vespasiano imputaturos, uictoriæ rationem nō reddi. Magno cum assensu auditus, barbaro ritu & patrijs execrationibus uniuersos adigit. Missi ad Caninesates, q̄ consilia sociarent. Ea gens partem insulæ colit, origine, lingua, uirtute, par Batauis, numero superantur. Mox occultis nuncijs pellexit Britannica auxilia, Batauorum cohortes missas in Germaniā, ut suprā retulimus, actum Magontiaci agentes. Erat in Caninesatibus stolidæ audaciæ Brenno, claritate nataliū insigni: pater eius multa hostilia ausus, Caiarum expeditionum ludibriū impune spreuerat. Igitur ipso rebellis familiæ ominē placuit. Impositusq̄ scuto more gentis & sustinentiū humeris uibratus, dux deligitur, statimq̄ accitis Frisijs (trās rhenana gēs est) duarum cohortiū hyberna, proximo occupato Oceano, irrumpit. Nec præuiderant impetū hostium milites, nec si præuidissent, satis uirium ad arcendum erat. Capta igitur & direpta castra, de-

stirpe, multo re
s Capito fallore
ta Ciuii care
a absolutus, sub
gicame suppleu
im, spesq̄ ex ma
arbaris solutum,
Hamibalem te
ne ut hosti ob
palam delin
q̄ patriū preten
dum literis, q̄bus
& tumultus Gre
debatur. Eadem
ierat, inclinatio
cura, cui excidi
bellum, & tot
it. Igitur Ciui
rim altiore con
uouaretes hoc
nū iuentus ad
arura grauem
senes aut in
limiteret: rur
& est pleniq̄
panitur. Hinc
res, per pale
uimores gen
clarū, somn
ia incole
iuris & ra
Negentim

in uagos & pacis more effusos lixas negociato-
resq; Romanos inuadunt. Simul excidijs castello-
rum imminebant, quæ à præfectis cohortium in-
censa sunt, quia defendi nequibãt. Signa uexillaq;
& quod militum, in superiore insulæ parte cõgre-
gantur, duce Aglio primipilari, nomẽ magis exer-
citus q̃ robur. q̃ppe uiribus cohortis abductis, Vi-
rellius e proximis Neruiorum Germanorumq; pa-
gis segnem numerũ armis onerauerat. Ciuilis do-
lo grassandum ratus, incusauit ultro præfectos, q̃
castella deseruissent, secum cohorte cui præerat,
Caninefatem tumultum oppressurum. Illi sua q̃-
que hyberna repeterẽt, subesse fraudem consilio,
& dispersas cohortes facilius opprimi, nec Brẽno-
nem ducẽ eius belli, sed Ciuilem esse patuit, erum-
pentibus paulatim indicijs, quæ Germani læto bel-
lo gens, nõ diu occultrauerãt. Vbi insidiæ parum
cessere, ad uim transgressus, Caninefates, Frisios,
Batauos proprijs cuneis componit, directa ex di-
uerso acies, haud procul à flumine Rheno, & ob-
uersis in hostem nauibus, quas incensis castellis il-
luc appulerant: nec diu certatum, Tungrorum co-
hors, signa ad Ciuilẽ transtulit, perculsiq; milites
improuisa, pditiõẽ, à socijs hostibusq; cædebãtur.

Eadem etiam nauibus perfidia. Pars remigum
e Batauis, tanquam imperitia, officia nautarum
propugnatorumq; impediabant. Mox contrã ten-
dere, & puppes hostili ripæ obijcere, ad postremũ,
gubernatores centurionesq; , nisi eadem uolẽtes
trucidant, donec uniuersa quatuor & uiginti nau-
um classis transfugeret, aut caperetur. Clara ea ui-
storia in præsens, in posterum usui, armaq; & na-

ues, q
nias
Ge
tes, C
etab
tes i
dara
gre
sect
nis
tau
nes
Ro
lia r
ne u
tos
lia E
ribu
dito
norũ
bus i
rent
adhu
certe
serui
Aug
etian
um h
inde:
alij V
locum
asq; in

ues, quibus indigebant adepti, Magna per Germanias Galliasq; fama libertatis autores celebrabāt.

Germanicę statim misere legatos, auxilia offerentes. Galliarū societatem Ciuilibus arte donisq; affectabat, captos cohortiū præfectos suas in ciuitates remittēdo, cohortibꝰ abire an manere mallēt, data potestate: manentibus honorata militia, digrediētibus spolia Romanorū offerebātur. Simul secretis sermonibus admonebat malorū, q̄ tot annis passi, miserā seruitutē, falsō pacē uocarent, Batavos quanq̄ tributorū expertes, arma cōtra cōmunes dominos cepisse, prima acie fufum uictumq; Romanū. qd si Gallia iugū exuat: quantū in Italia reliquū? prouinciarū sanguine prouincias uinci, ne uindictis aciē cogitarent, Batauo equite protritōs Heduos Aruernosq; fuisse, inter Virginij auxilia Belgas. Vereq; reputātibus, Galliam suis met uiribus concidisse. Nūc eisdem omnium partes, addito si quid militaris disciplinæ in castris Romanorū uiguerit, esse secum ueteranas cohortes, quibus nup Othonis legiones procubuerint. Seruient Syria Asiaq; & suctus regibus Oriens. multos adhuc in Gallia uiuere ante tributa genitos. Nup certe caso Quintilio Varo, pulsam ē Germania seruitutem, nec Vitellium principē, sed Cæsarem Augustum bello prouocatum. Libertatem natura etiam mutis animalibus datam. Virtutem proprium hominis bonū. Deos fortioribus adesse. Proinde arriperent uacui occupatos, integri fessos, dū alij Vespasianum, alij Vitellium foueant, patere locum aduersus utrunq;. Sic in Gallias Germaniasq; intentus, si destinata prouenissent, ualidissi-

marum ditissimarumq; nationum regno imminēbat. At Flaccus Ordeonius primos Ciuilis conarus per dissimulationem aluit, ubi expugnata castra, deletas cohortes, pulsum Batauorum insula Romanū nomen, trepidi nuncij adferebant, Mulum Lupercum legatum (is duarum legionum hybernis præerat) egredi aduersus hostem iuber. Lupercus legionarios, è presentibus Vbios, è proximis Treuitorum equites, haud longe agentes, raptim transmisit, addita Batauorum ala, quæ iam pridem corrupta, fidem simulabat, ut proditis in ipsa acie Romanis, maiore precio fugeret.

Ciuilis captarum cohortium signis circūdatus, ut suo militi recēs gloria ante oculos, & hostes memoria cladis terrerētur, matrem suam, sororesq; simul omnium coniuges paruosq; liberos consistere à tergo iuber, hortamēta uictoriæ uel pulsifudorem. Vt uirorū cantu, fœminarum ululatu insonuit acies, nequaquam par à legionibus cohortibusq; redditur clamor. Nudauerat sinistrum cornu Batauorū ala transfugiens, statimq; in nos uersa. Sed legionarius miles quāquam rebus trepidis, arma ordinesq; retinebat, Vbiorū Treuitorumq; auxilia fœda fuga dispersa, totis campis palantur. Illuc incubuere Germani. Et fuit interim effugium legionibus in castra, quibus ueterum nomen est. Præfectus alæ Batauorum Claudius Labeo, oppidano certamine gmul^o Ciuili, ne interfectus inuidiam apud populares, uel si retineretur, semina discordiæ præberet, in Frisios auehirur. Iisdem diebus Batauorum & Caninesatū cohortes cum iussu Vitellij in urbē pgerent, missus à Ciuile nun-

eius
& p
aug
lio
fedi
eff
nes
pet
tis
seq
uia
rur
an
De
tan
on
cer
run
oni
clau
Gal
cio,
acci
neq
E
pra
um
mar
rita
Si ne
curr
C

cuius assequit. Intumuerē statim superbia ferocitq̄,
& precium itineris donatiuū, duplex stipendium,
augeri equitum numerum, promissa sane à Vitel-
lio postulabant, non ut assequerentur, sed causam
seditioni. Et Flaccus multa concedendo, nil aliud
effecerat, quàm ut acrius exposcerent quæ sciebāt
negaturum. Spreto Flacco, inferiorē Germaniam
petiuere, ut Ciuili iungerentur. Ordeonins adhibi-
tis tribunis centurionibusq̄ consultauit, num ob-
sequium abnuentes ui coerceret. Mox insita igna-
uia, & trepidis ministris, quos ambiguus auxilio-
rum animus, & subito delectu suppleræ legiones
angebant, statuit continere intra castra militem.
Dein pœnitentia & arguentibus ipsis q̄ suaserāt,
tanquam secururus, scripsit Herennio Gallo legi-
onis primæ legato, qui Bonnam obtinebat, ut ar-
ceret transitu Batauos, se cum exercitu tergis eo-
rum hæsurum. Et opprimi poterāt, si hinc Orde-
onius, inde Gallus, motis utrinq̄ copijs, medios
clausissent. Flaccus omisit inceptum, alijsq̄ literis
Gallum monuit, ne terreret abeuntes. Vnde suspi-
cio, spōte legatorum excitari bellū. Cunctaq̄ que
acciderant aut metuebantur, non inertia militis
neq̄ hostium ui, sed fraude ducum euenire.

Bataui cum castris Bonnēsisbus propinquarēt,
præmisere qui Herennio Gallo mandata cohorti-
um exponerent: Nullum sibi bellum aduersus Ro-
manos, pro quibus toties bellassent, longa atq̄ ir-
rita militia fessis, patriæ atq̄ ocij cupidinem esse.
Si nemo obsisteret, innoxii iter fore: sin arma oc-
currant, ferro uiam inuenturos.

Cunctantem legatum, milites perpulerant for-

C v

tunam prælii experiretur. Tria millia legionario-
rum, & tumultuariæ Belgarū cohortes, simul pa-
ganorū lixarumq; ignaua, sed procax ante pericu-
lum manus, omnibus portis erumpūt, ut Batauos
numero impares circumfundāt. Illi ueteris militiae
memores, in cuneis congregantur, densi undiq; &
frōtem tergaq; ac latera tuti. Sic tenuem nostro-
rum aciem perfringunt. Cedentibus Belgis pel-
litur legio, & uallum portasq; trepidi petebāt. Ibi
plurimum cladis, cumulatæ corporibus fossæ, nec
cæde tantum & uulneribus, sed ruina & suis pleri-
que telis interiere. Victores Colonia Agrippinen-
sium uirata, nihil cetero in itinere hostile ausi, Bon-
nense prælium excusabant, tanquam petitapace,
postquam negabatur, sibi metipsis consulissent.

Ciuilis aduentu ueteranarum cohortium, iusti-
iam exercitus ductor, sed cōsiliij ambiguus, & uim
Romanam reputans, cunctos qui aderant, in uer-
ba Vespasiani adigit. Mittitq; legatos ad duas le-
giones, quæ priore acie pulsæ, in uetera castra con-
cesserant, ut idem sacramentum acciperent.

Redditur responsum, neq; proditoris neq; hosti-
um se consilijs uti. Esse sibi Vitellium principem,
pro quo fidem & arma usque ad supremum spiri-
tum retenturos: proinde perfugus Batauus arbi-
trum rerum Romanarū ne ageret, sed meritas sce-
leris pœnas expectaret.

Quæ ubi relata Ciuili, incensus ira, uniuersam
Batauorum gentem in arma rapit. Iungūtur
Bructeri Tencteriq; & excita nuncijs Germania
ad prædam famamq;. Aduersus has concurrentes
belli minas, legati legionum Mumius Lupercus,

& Nur-
sa long
dū mu-
parum
tur, raj
absur-
gum f
C
rum o
lētior
assult;
uersur
hortu
rum i
est. I
rāt ob
tudo u
que m
lixarū
bello r
ter assu
nis obi
derat,
legion
nimēt
Ba
nifesti
nus lac
pinnis
uulner
lum. A
orum f

& Numisi⁹ Rufus, uallū murosq; firmabāt: subuer-
sa longæ pacis opera, haud procul castris in mo-
dū municipij extructa, ne hostibus usui foret. Sed
parum prouisum, ni copiae in castra conueheren-
tur rapi permisere. Ita paucis diebus per licetiam
absumpta sunt, quæ aduersus necessitates in lon-
gum sufficissent.

Ciuilis medium agmen cum robore Batauo-
rum obtinens, utraq; Rheni ripam, quo trucu-
lētior uisu foret, Germanorum cateruis complet,
& suis plerūq; Agrippinensium auxiliis, Bon-
petitæ pace, insulsiuissent. irium, iusti-
quus, & uim
ant. in ver-
ad duas le-
castra con-
ent.
neq; hosti
incipem,
num spiri-
tibus arbi-
tritas sic

assultante per campos equite. Simul naues in ad-
uersum amnem agebantur, hinc ueteranarum co-
hortium signa, inde depromptæ syluis iugisq; fera-
rum imagines, ut cuique genti inire prælium mos
est. Iusta belli ciuilis externiq; facie obstupefeca-
rāt obsessos, & spem oppugnantium augebat ampli-
tudo ualli, quod duabus legionibus situm, uix quin-
que millia armatorum Romanorum tuebatur. Sed
lixarū multitudo, turbata pace, illuc cōgregata &
bello ministra aderat. Pars castrorum in collē leni-
ter assurgēs, pars æquo adibatur: quippe illis hyber-
nis obsideri, premi q; Germanias Augustus credi-
derat, neq; unquā id malorum, ut oppugnatū ultro
legiones nostras uenirēt. Inde non loco neq; mu-
nimētis labor additus, uis & arma satis placebāt.

Bataui transhenanīq; quo discreta uirtus ma-
nifestius spectaretur, sibi quæq; gēs consistūt, emi-
nus lacescentes. Post ubi pleraq; telorum turribus
pinnisq; mœnium irrita hærebāt, & desuper saxis
uulnerabantur, clamore atq; impetu inuasere ual-
lum. Appositis pleriq; scalis, alij per testudinem su-
orum scandebāt. Iam quidā cum gladijs & armo-

univer-
sūq; tur-
ermania
irrentes
percus,

rum incussu præcipitati, sudibus & pilis obruntur. Præferoces initio, & rebus secūdis nimij. Sed tum prædæ cupidine diuersa quoq; tolerabāt. Machinas etiam insolitum sibi ausi, nec ulla ipsis solertia, per fugæ captiuiq; docebāt struere machinas, in modum pontis mox subiectis rotis propellere, ut alij superstantes tanquam ex aggere præliarentur, pars intus occulti, muros subruerēt. Sed excussa balistis saxa, strauere informe opus, & crates uineasq; parantibus, adactæ tormentis ardentes hastæ: ultroq; ipsi oppugnatores ignibus petebātur, donec desperata ui, uerterēt consilium ad moras, haud ignari paucorum dierum inesse alimenta, & multū imbellis turbę: simul ex inopia proditio, & fluxa seruitiorū fides, ac fortuita belli sperabātur.

Flaccus interim cognito castrorum obsidio, & missis per Gallias, qui auxilia concirent, lectos legionibus Dillio Voculæ duodecimæ legionis legato tradit, ut quāmaximis per ripā itineribus celeraret. Ipse pauidus torpere inuisus militibus, neq; enim ambigūe premebant, emissas à Magon tiano Batauorū cohortes, dissimulatos Ciuilis conatus, asciri in societatem Germanos. Non Primi Antonij, neque Mutiani ope, Vespasianum magis adoleuisse, aperta odia armaq; palā depelli, fraudem & dolū obscura, eoq; ineuitabilia. Ciuilem stare contrā, struere aciem, Ordeonium è cubiculo & lectulo, iubere quicquid hosti conducat. Tot armatas fortissimorum uirorum manus unius senis ualitudine regi. Quin potius interfecto traditore, fortunam uirtutemq; suam malo omine exoluerent. His inter se uocibus insistentes, flammae

re insu-
cus, qui
uit, uin
mitiga-
uentur
deoni
tauos
quere
nienti
neq; i
ciarur

Or
bus pe
oraba
cinus,
tur, à
tum è
di iuri
tusq; B
sem af
Roma
manis;
bertati

Glif
militi;
bat uli
Ciuile;
mereti
stantia
ci ad su
mus qu
Vocula

re insuper allatæ à Vespasiano literæ, quas Flaccus, quia occultari nequibant, pro concione recitauit, uinctosq; qui attulerat, ad Vitellium misit. Sic mitigatis animis, Bonnam hyberna primę legiõis uentum. Infensior illic miles, culpam cladis in Ordeonium uerrebatur, eius iussu directã aduersus Batavos aciem, tanquam à Magontiaci legiones sequerentur, eiusdem proditione cæsos, nullis supuenientibus auxilijs, Ignota hæc ceteris exercitibus, neq; imperatori suo nunciari, cū accursu tot prouinciarum extingui repens perfidia potuerit.

Ordeonius exemplaria omnium literarum, quibus per Gallias Britanniamq; & Hispanias auxilia orabat, exercitui recitauit, instituitq; pessimum facinus, ut epistolæ aquiliferis legionum traderentur, à quibus antè militi quàm ducibus legebatur. tum è seditionis unum uinci iubet, magis usurpandi iuris causa, quàm quia unius culpa foret. Mortusq; Bonna exercitus, in Coloniam Agrippinensem affluētibus auxilijs Gallorum, qui primo rem Romanã enixe iuuabant, mox ualescentibus Germanis, plerq; ciuitates aduersus nos armatę spectabatis, & si exuissent seruitiũ, cupidine impitãdi.

Gliscibat iracũdia legionum, nec terrorẽ unius militis uincula indiderant, quin idem ille arguebat ultro cõscientiam ducis tanquã nuncius inter Ciuilem Flaccumq; falso crimine testis ueri opprimeretur. Conscendit tribunal Vocula mira constantia, præhensumq; militem ac uociferãtem, duci ad supplicium iussit. Et dum mali pauent, optimus quisque iussis paruere. Exin consensu ducem Voculam poscētibus, Flaccus summam rerum ei

permiffit. Sed difcordes animos multa efferebant, inopia ftipendij frumentiq; & fimul delectum tributaq; Galliaſpernantes.

Rhenus incognita illi cælo ficcitate, uix nauium patiens, acti cōmeatus, difpoſitæ per omnem ripam ſtatiōes, quæ Germanos uado arcerēt. Eademq; de cauſa, minus frugum, & plures qui cōſumerent. Apud imperitos prodigij loco accipiebatur ipſa aquarū penuria, tanq̄ nos amnes quoq; et uetera imperij munimenta deſererēt, q̄d in pace fors ſeu natura, tunc fatū & ira dei uocabatur. Ingreſſis Noueſiū, terciadecima legio coniungitur. Additus Voculæ in partē curarū Herēnius Gallus legatus, nec auſi ad hoſtem p̄gere, loco Gelduba nomē eſt, caſtra fecere. Ibi ſtruenda acie, muniendo ualladoq; & ceteris belli meditamentis militem firmabant. Utq; præda ad uirtutē incēderetur, in p̄ximos Gugernorū pagos, q̄ ſocietatē Ciuilis acceperant, ductus à Vocula exercitus, pars cum Herennio Gallo p̄manſit. Forte nauē haud procul caſtris frumētō grauē cū per uada hæſiſſet, Germani in ſuā ripā trahebant. Non tulit Gallus, miſitq; ſubſidio cohortē. Auctus eſt Germanorū numerus. paulatimq; aggregātib⁹ ſe auxilijs, acie certatū. Germani multa cū ſtrage noſtorū nauē arripit. Victi, quod tum in morē uerterāt, non ſuam ignauitiā, ſed p̄fidiam legati culpabāt. Protractum ē tētorio ſciſſa ueſte, uerberato corpore, q̄ precio, quibus conſcijs prodidiſſet exercitū, dicere iubēt. Redit in Ordeoniū inuidia. Illum aut orē ſcleris, hūc miniſtrū uocāt. Donec exitium minitātibus exterritus, p̄ditionē & ipſe obiecit. Vincit⁹ ad-

uent
tore:
diue
greg
que
cion
nō
act
nol
mu
ſan
nos
præ
orig
nen
cod
eran
Ger
cun
de q
C
or C
dijs,
ret. I
Trā
lū in
perā
bori
ſimul
teme
nebr
ſi q; a

uentu demum Voculę exoluitur. Is postero die au-
tores seditionis morte affecit. Tanta illi exercitui
diuersitas inerat licentię patiētiaęq;. Haud dubiē
gregarius miles Vitellio fidus, splēdidissimus q;-
que in Vespasianum proni. Inde scelerū ac suppli-
ciorum uices, & mixtus obsequio furor, ut cōtineri
nō possent, q; puniri poterant. At Ciuilē immēsis
actibus uniuersa Germania extollebat, societate
nobilissimis obsidum firmata. Ille ut cuiq; prox-
imum, uastari Vbios, Treuirosq;, & alia manu Mo-
sam annē transire iubet, ut Menapios & Mori-
nos, & extrema Galliarū quateret. Actę utrobique
prædę. Infestius in Vbijs, quos genus Germanicę
originis, eiurata patria, Romanorū noie Agrippi-
nenses uocarēt. Casę cohortes eorū in uico Mar-
coduro, incuriosius agentes, quia procul ripa ab-
crant. Nec quieuerē Vbijs, quo minus prædas ē
Germania peterent, primo impune, deinde cir-
cunuenti sunt, per omne id bellum meliore usi si-
de quām fortuna.

Contusis Vbijs, grauior & successu rerū feroci-
or Ciuilis, obsidiū legionū urgebat, intētis custo-
dijs, ne q; occultus nūcius ueniētis auxilijs penetra-
ret. Machinas molemq; operum Batavis delegat.
Trāsithenanos piculū poscentes, ad scindendū ual-
lū ire, detrusosq; redintegrare certamen iubet, su-
perāte multitudine & facili dāno, ne finē quidē la-
bori nox attulit. Congestis circū lignis accensisq;,
simul epulantes, ut q; uino incaluerat, ad pugnā
temeritate inani ferebāt. Quippe ipsorū tela p te-
nebras uana, Romani cōspiciā Batauorū aciē &
si q; audacia aut insignib; effulgēs, ad ictū destina-

ulta efferebant,
ul delectum tri

itate, uis nau-
ta per omnem
lo arcere. Ea-
plures qui cōlu
loco accipieba
imnes quoq; ut
rēt, qd in pace
uocabatur, in-
o coniungitur.
erēnius Gallus
loco Gelduba
acie, munien
mētis militem
incederet, in
arē Ciuilis ac-
pars cum He-
tud procul ca-
isset, Germa-
allus, militiq;
inorū nume-
is, acie cerra-
rū nauē arri-
āt, non uiam
Protra sum
sre, q; precio,
dicere iubet.
orē sceleris,
militibus
actibus ad-



bant. Intellectum id Ciuili, & restincto igne, misceri cūcta tenebris & armis iubet. Tum uero strepitus dissoni, casus incerti, neq; ferendi neq; declinandi prouidentia. Vnde clamor acciderat, circūagere corpora, tēdere arcus, nihil prodesse uirtus, fors cuncta turbare, & ignauorum sæpe telis fortissimi cadere. Apud Germanos inconsulta ira, Romanus miles periculorum gnarus, ferratas sudes, grauia saxa, non forte iaciebat. Vbi sonus molientium aut appositæ scalæ hostem in manus dederāt, propellere umbone, pilo sequi, multos in moenia egressos pugionibus fodere. Sic exhausta nocte, nouam aciem dies aperuit. Eduxerant Bataurim duplici tabulato, quam prætorix portæ (is æquissimus locus) propinquantem, promoti contra ualidi asseres, & incussæ trabes perfringere, multa superstantium pernicie. Pugnatumq; in percussos, subita & prospera eruptione: simul à legionarijs pericia & arte præstantibus, plura struebātur. Præcipuum pauorem intulit suspensum ac nutās machinamentum, quo repēte demisso, præter suorum ora, singuli pluresue hostium sublimi raptiuerso pondere, intra castra effundebātur. Ciuilis omiſsa oppugnandi spe, rursus per ocium assidebat, nuncijs, promissis, fidem legionū conuellēs.

Hæc in Germania ante Cremonēse præliū gesta, cuius euentum literæ Primi Antonij docuere, addito Cæcinæ edicto. Et præfectus cohortis cuius, Alpinus Montanus, fortunam partium præfens fatebatur. Diuersi hinc motus animorū. Auxilia è Gallia, quis nec amor, nec odium in partes, militiæ sine affectu, hortantibus præfectis, statim

à Vito
adigi
dixit
firm
peri
re, &
de
spi
pat
lite
de
nu
ar
sus

tar
ua
ti a
giu
& i
ces,
nas
tiu
exp
but
ege
uif
spat
deni
erim
dimi
simu

à Vitellio desciscunt: uetus miles cūctabatur. Sed adigente Ordeonio Flacco, instantibus tribunis, dixit sacramentum, non uultu neq; animò satis asfirmans: & cum cætera uerba iurifurandi conciperēt, Vespasiani nomē hēsītātes, aut leui murmure, & plerunq; silentio transmittēbāt. Lectę deinde pro concione epistolæ Antonij ad Ciuilem, suspiciones militum irritauere, tanquam ad socium partium scriptæ, & de Germanico exercitu hostiliter. Mox allatis Geldubam in castra nuncijs, eadem dicta factaq; & missus cum mandatis Montanus ad Ciuilem, ut absisteret bello, neue externa armis falsis uelaret. Si Vespasianum iuuare aggressus foret, satisfactum cœptis.

Ad ea Ciuilis primo callidē, pōst ubi uidet Montanum præferocem ingenio, paratumq; in res nouas, orsus à questu periculisq; q̄ per quinq; & uiginti annos in castris Romanis exhausisset: Egregium, inquit, precium laboris cepi, necem fratris & uincola mea, & sæuissimas huius exercitus uoces, quibus ad supplicium petitus, iure gētium pœnas reposco. uos autem Treueri, cæteræq; seruentium animæ, quod precium effusi toties sanguinis expectatis, nisi ingratam militiam, immortalia tributa, uirgas, secures & dominorum ingenia? Ego præfectus unius cohortis, & Caninefates Batauisq; exigua Galliarū portio, uana illa castrorum spatia excidim⁹, uel septa ferro fameq; premimus, deniq; ausos aut libertas sequetur, aut uicti, ijdem erimus. Sic accēsum, sed meliora referre iussum, dimittit. Ille ut irritus legatiōis redijt, cætera dissimulans, quæ mox erupere.

D

Tac. li. 10.

Tac. li. 20.

Ciuilis parte copiarum retēta, ueteranas cohortes, & q̄d ē Germanis maximē promptum, aduersus Voculam exercitumq̄ eius mittit, Iulio Maximo, & Caudio Victore sororis suæ filio, ducibus. Rapiunt in transitu hyberna alæ Asciburgij sita, adeoq̄ improuisi castra inuoluere, ut non alioq̄, non pandere aciem Vocula potuerit. Id solum, ut in tumultu monuit, sub signano milite media fir mare. auxilia passim circumfusa sunt. Eques prorupit, exceptusq̄ compositis hostium ordinibus, terga in suos uertit, cædesq̄ inde, non prælium. Et Neruiorum cohortes, metu seu perfidia, latera nostrorum nudauere. Sic ad legiones peruentū, quæ amissis signis, intra uallū sternebantur, cū repente nouo auxilio, fortuna pugnae mutatur. Valconum lectæ à Galba cohortes, ac tum accitæ, dum castris propinquant, audito præliantium clamore, intētos hostes à tergo inuadit, latiorēq̄ quàm pro numero terrorem faciunt, alijs à Nouesio, alijs à Magōtiaco uniuersas copias aduenisse creditibus. Is error Romanis addit animos, & dum alienis uiribus confidunt, suas recepere. Fortissimus quisq̄ ē Batavis, quantū peditum erat, funduntur, eques euasit, cū signis captiuisque quos prima acie corripuerāt. Cæsorū eo die in partibus nostris maior numerus & imbellior, ē Germanis ipsa robora. Dux uterq̄ pari culpa meritis aduersa, prosperis defuere. Nam Ciuilis si maioribus copijs instruxisset aciem, circumiri à tam paucis cohortibus nequisset, castraq̄ prupta excidisset. Vocula nec aduentum hostiū explorauit, eoq̄ simulegressus uictusq̄, dein uictorie parum cōfusus, tritis frustra di-

ebus
lere,
diur
T
tan
cto
læ
gi
fo
m
ue
sp
lu
pe
di
su
er
C
tu
na
ce
h
ta
ef
ti
tu
tu
ris
fis
au
cor
lū

ebus, castra in hostem mouit, quē si statim impellere, cursumq; rerum sequi maturasset, soluere obsidium legionum eo impetu potuisset.

Tētauerat interim Ciuilis obsessorum animos, tanquam perditæ apud Romanos res, & suis uictoria prouenisset, Circumferebantur signa uexillaq; ostentati etiam captiui, ex quibus unus egregiū facinus ausus, clara uoce gesta patefecit. Confossus illic à Germanis, unde maior indici fides. Simul uastatione incendijsq; flagrantium uillarum, uenire uictorem exercitū intelligebatur. In conspectu castrorum constitui signa, fossamq; & uallum circumdari Vocula iubet, ut depositis impedimentis sarcinisq;, expediti certarent. Hinc inducem clamor pugnam poscentium, & minari asueuerāt. Ne tēpore quidem ad ordinandam aciem capto, incōpositi fessiq; plium sumpsere: nam Ciuilis aderat, non minus uitijs hostium quàm uirtute suorum fretus. Varia apud Romanos fortuna, & seditiosissimus quisque, ignauus: quidam recentis uictoriæ memores, retinere locum, ferire hostem, seq; & proximos hortari. Et redintegrata acie manus ad obsessos tēdere, ne tempori deessent. Illi cuncta è muris cernentes, omnibus portis prorumpūt, ac forte Ciuilis lapsu equi prostratus. Credita per utrūq; exercitum fama uulneratum aut interfectum, immane quantum suis paucis & hostib; alacritatis indidit. Sed Vocula omnis fugientium tergis, uallum turresq; castrorum augebat, tanquam rursus obsidium immineret, corrupta toties uictoria, non falso suspectus bellū malle, nihil æquē exercitus nostros quàm ege-

D ij

tas color
im, aduer
lio Maxi
o, ducibus.
urgū sita,
non alloq;
Id solum,
te media sit
ques prote
dimibus, ut
rælium. Et
a, laterano
uentū, que
r, cū repen
tur. Valco
recite, dum
ium clamo
orēq; quā
oueso, ali
uise credē
& dum ali
ortissimus
iundantur,
prima acie
s nostris ma
s ipsa robo
eria, p̄speris
ijs instruxit
ortibus ne
cula nec ad
egressus ui
tis intra di

fitas copiarum fatigabat. Impedimenta legionum cum in belli turba Nouesium missa, ut inde terrestri itinere frumentū adueherent, nam flumine hostes potiebantur, primum agmē securum incessit, nondum satis firmo Ciuile, qui rursus missos Nouesium frumentatores, datasq; in p̄sidiū cohortes, uelut multa pace ingredi accepit, rarum apud signa militem, arma in uehiculis, cunctos licentia uagos, compositus inuadit, p̄missis qui pontes & uiarū angusta insiderent. Pugnātū longo agmine, & incerto Marte, donec p̄lium nox dirimeret. Cohortes Geldubam perrexere, manētibus ut fuerant castris, quæ relictorum illic militum p̄sidio tenebantur. Non erat dubium quantum in regressu discriminis adendū foret, frumentatoribus onustis pauculisq;. Addit exercitui suo Vocula mille delectos è quinta & quattadecima legionib⁹ apud Vetera obsessis, indomitum militem & ducibus insensum. Plures q̄ iussum erat profecti, palam in agmine fremebant, non se ultrā famē, insidiasq; legatorū toleraturos. At qui remanserant, desertos se abducta parte legionum querebantur. Duplex hinc seditio, alijs reuocātibus Voculam, alijs redire in castra abnuentibus.

Cac. li. 20.

Interim Ciuilis Vetera circumsedit. Vocula Geldubam, ac inde Nouesium concessit. Ciuilis capit Geldubam. Mox haud procul Nouesio, equestri p̄lio prosperè certauit. Sed miles secūdis aduersisq; perinde, in exitium ducum accendebatur. Et aduentu Quintanorū Quintadecimanorumq; auctæ legiones, donatiuum exposcūt, comperto, pecuniam à Vitellio missam, Nec diu cūctatus Orde

onius, nomine Vespasiani dedit. Idēq; præcipuum fuit seditionis alimētum. Effufis in luxum & epulas, & nocturnos cætus, ueterē in Ordeoniū iram renouant, nec ullo legatorum tribunorumve obfistere aulo, quippe omnem pudorem nox ademerat, protractum ē cubili interficiunt. Eadem in Voculam parabātur, niſi ſeruili habitu per tenebras ignoratus euafiffet. Vbi ſedato impetu metus redijt, centuriones cum epiſtolis ad ciuitates Galliarum miſere, auxilia ac ſtipēdia oraturos. Ipi ſi ut eſt uulguſ ſine rectore præceps, pauidum, ſocors, aduentante Ciuile, raptis temerē armis, ac ſtatim omiſſis, in fugam uertuntur. Res aduerſæ diſcordiā peperere, hiſ, qui ē ſuperiore exercitu erāt, cauſam ſuam diſſociantibus. Vitellij tamen imagines in caſtris & p̄ proximas Belgarum ciuitates repoſitæ, cum iam Vitellius corruiffet. Deinde mutati in pœnitentiam, primani, quartaniq; & duodeuiceſimani, Voculam ſequūtur: apud quem reſumpto Vespasiani ſacramento, ad liberandum Magon- tiaci obſidium ducebantur. Diſceſſerant obſeſſores, mixt⁹ ex Cartis, Vſipijs, Martiacis exercit⁹, ſatietate præde, nec incruētati. Ita diſperſos & neſci os miles noſter inuaſerat. Quin & loricā uallumq; per ſines ſuos Treuiri ſtruxere, magniſq; inuicem cladiſus cum Germanis certabant, donec egregia erga Po. Ro. merita mox rebelles ſordarent.

Audita interim per Gallias Germaniaſq; mors Tac. li. 20.
Vitellij, duplicauerat bellum. Nam Ciuilis omiſſa diſſimulatione, in populum Romanum ruere. Vitellianæ legiones externum ſeruitium, quā imperatorem Vespasianum malle. Galli ſuſtulerant

D iij

enta legionum
i, ut inde uer-
tim ſumant ho-
turum inſultu,
ſus miſos. No-
preſidium conue-
it, rarum apud
inſtos licentia
lis qui pontes
i longo agmi-
i nox dirime-
manētibus ut
militem præ-
a quantum in
umentationi
ii ſuo Vocu-
decima legi-
um militem
n erat pro-
n ſe ultra ſa-
qui reman-
um quere-
āibus Vo-
as.

Locula Gel-
iſiſ caput
o, equeſtri
iſiſ aduer-
ebatur. Et
yrumq; au-
ſperro, pe-
nus Orde

animos, eandem ubique exercituum nostrorum fortunã rati. Vulgato rumore, à Sarmatis Dacisq; Mœsica ac Pannonica hyberna circumsideri. Patria de Britannia fingebant. Sed nihil æque quàm incendium Capitolij, ut finem imperij adesse crederent, impulerat. Captam olim à Gallis urbẽ, sed integra Iouis sede, mansisse imperium. Fatali nũc igne, signum cœlestis iræ datum, & possessionem rerum humanarum transalpinis gẽtibus portendi, superstitione uana Druydæ canebant. Incesseratq; fama primores Galliarũ, ab Othone aduersus Vitellium missos, antequam digrederentur, pepigisse ne deessent libertati, si populũ Romanum cõtinaua bellorum ciuiliũ series, & interna mala fregissent.

Ante Flacci Ordeonij cædẽ nihil prorupit, quo coniuratio intelligeretur. Interfecto Ordeonio, commeauere nũcij inter Ciuilẽ, Classicumq; præfectum alæ Treuirorum.

Tac. li. 20.
 **
 **
 Classicus nobilitate opibusq; anteibat alios. Regium illi genus, & pace belloq; clara origo. Is se è maioribus suis hostis Po. Ro. quàm socius iactabat. Miscuere se Iulio Tutor, & Iulius Sabinus, hic Treuir, hic Lingon. Tutor ripæ Rheni à Vitellio præfectus, Sabinus super insitam uanitatem, falsæ stirpis gloria incendebatur. Proauiam suam diuo Iulio per Gallias bellanti, corpore atque adulterio placuisse. hi secretis sermonibus animos ceterorum scrutari, ubi quos idoneos rebantur, conscientia obstrinxere, in Colonia Agrippinensi in domum priuatam conueniunt. Nam publicè ciuitas talibus inceptis abhorrebat. Attamen interfuere

quidam Vbiorum Tūgrorumq;. Sed plurima uis
 penes Treuiros ac Lingonas. nec tulerē moras cō-
 sultandi. Certatim proclamant, furere discordijs
 populum Romanū, caesas legiones, uastatam Ita-
 liam, capi tum maxime urbem. Omnes exercitus
 suis quenque bellis distineri. Si alpes præsidijs fir-
 mentur, coalita libertate despecturas Gallias, quē
 uirium suarum terminum uelint. Hæc dicta pari-
 ter probataq;. de reliquijs Vitelliani exercitus du-
 bitauerunt: Pleriq; interficiēdos censebant turbidos,
 infidos, sanguine ducū pollutos, Vicit ratio parcē-
 di, ne sublata spe ueniæ, pertinacia accenderētur.
 Alliciendos potius in societatem, legatis tantum
 legionum interfectis, cæterum uulgus conscientia
 scelerum & spe impunitatis facile accessurum. Ea
 primi consilij forma, missiq; per Gallias cōcitores
 belli, simulatum ipsis obsequiū, quo incautiorem
 Voculam opprimerent. Nec defuere qui Voculæ
 nunciarent. Sed uires ad coercendum deerant, in-
 frequētibus infidisq; legionibus. Inter ambiguos
 milites & occultos hostes, optimū ē præsentibus
 ratus, mutua dissimulatione & iisdem quibus pe-
 tebatur artibus grassari, in Coloniam Agrippinen-
 sem descendit. Illuc Claudius Labeo, quē captum
 & extra conuentum amandatum in Frisios dixi-
 mus, corruptis custodibus perfugit, pollicitusq; si
 præsidium daretur, iturū in Batauos, & potiorem
 ciuitatis partem, ad societatem Romanam retra-
 cturum. Accepta peditum equitumq; modica ma-
 nu, nihil apud Batauos ausus, quosdam Neruiorū
 Betasiorumq; in arma traxit. Et furtim mag-
 is quam bello, Caninefates Marsacosq; in cursa-

n nostrorum
 natis Dacisq;
 un fieri. Pa-
 læque quam
 erij adesse cre-
 m. Farali nūc
 possessionem
 ibus porten-
 ant. In cesse-
 hone aduer-
 ederentur pe-
 i Romanum
 interna ma-

rorupit, quo
 Ordeonio,
 sicumq; pre-

ei bar alios.
 ra origo. Is
 n locus ia-
 us Sabinus,
 heni à Virel
 uaniam, am
 auam suam
 re acque ad-
 s animos q;
 bantur, con-
 pines in do-
 llicæ ciuitas
 interfuere

bat. Vocula Gallorum fraude illectus, ad hostem cōtendit. Nec procul Veteribus aberat, cū Clasticus & Tutor per speciem explorandi prægressi, cum ducib⁹ Germanorū pacta firmare. Tumq̃ primum discreti à legionib⁹, proprio uallo castra sua circumdant, obtestante Vocula, non adeo turbatam ciuilibus armis rem Romanam, ut Treueris etiam Lingonibusq̃ despectui sit. Superesse fidas prouincias, uictores exercitus, fortunam imperij & ultores deos. Sic olim Sacrouirum & Heduos, nuper Vindicem, Galliasq̃ singulis prælijs cōcidisse. Eadē rursus numina, eadem fata ruptores fœderū expectarent. Melius diuo Iulio, diuorū Augusto, notos eorum animos. Galbam & infraeta tributa hostiles spiritus induisse. Nunc hostes, quia molle seruitiū, cum spoliati exutiq̃ fuerint, amicos fore. Hæc ferociter locutus, postquā perstare in perfidia Clasticum Tutoremq̃ uidet, uerso itinere, Nouesiū concedit. Galli duū millium spatio distantibus campis cōsedere. Illuc commentium centurionum militumq̃ emebantur animi, ut (flagitiū incognitum) Romanus exercitus in externa uerba iuraret, pignusq̃ tāti sceleris, nec aut uinculis legatorum daretur.

Vocula quanq̃ pleriq̃ fugam suadebāt, audendū ratus, uocata cōcione, in hunc modū disseruit:

Nunquā apud uos uerba feci, aut pro uobis sollicitior, aut pro me securior. Nam mihi exitiū parati libēs audio. Mortemq̃ in tot malis hostium, ut finem miseriarū expecto. Vestri me pudet miseretq̃, aduersus quos non prælium & acies parantur: id enim fas armorum & ius hostium: bellum

cum
rum
Gal
sens
uni
rin
url
ri g
des
fid
mi
&e
con
nuy
fiat
ab
lor
fo
der
nec
cum
bur
to
uile
me
trū
ne.
li B
biti
legi
proc
cran

cum populo Romano uestris se manibus gesturum Classicus sperat, imperiumq; & sacramentum Galliarum ostentat. Adeo nos si fortuna in praesens uirtusq; deseruit, etiam uetera exempla deficiunt: quoties Romanae legiones perire praepoptauerint, ne loco pellerentur: loci saepe nostri excindi urbes suas, seque cum coniugibus ac liberis cremari pertulerunt. Neque aliud precium exitus, quam si des famaque. Tolerant nunc maxime inopiam obsidiumq;, apud Vetera legiones, nec terrore aut permissis demouentur. Nobis super arma & uiros & egregia castrorum munimenta, frumentum & commeatus, quanuis longo bello pares. Pecunia nuper etiam donatiuo sufficit, quod siue a Vespasiano, siue a Vitellio datum interpretari mauultis, ab imperatore certe Romano accepistis. Tot bellorum uictores apud Geldubam, apud Vetera, fusos toties hoste, si pauetis aciem, indignum id quidem. Sed est uallum, muriq;, & trahendi artes, donec proximis prouincijs auxilia exercitusq; concurrant. Sanè ego displiceam. Sunt alij legati, tribuni, centurioq; aut miles, ne hoc prodigium toto terrarum orbe uulgetur, uobis satellitibus Ciuilem & Classicum Italiam inuasuros. An si ad mœnia urbis Germani Gallique duxerint, arma patriae inferetis? Horret animus tanti flagitij imagine. Tutori Treuiro, agentur excubiæ? Signum belli Batauus dabit? & Germanorum cateruas supplebitis? quis denique sceleris exitus? cum Romanae legiones contra direxerint, transfugae et crasfugis, & proditores et proditoribus, inter recens & uetus sacramentum inuisi deis errabitis? Te Iupiter opt.

D v

A

ctus, ad hostem
berat, si Clasi-
andi pregressi,
mauer. Tumq;
rio uallo castra
i, non aded tur-
nam, ut Treue-
sit. Superesse fi-
fortunam im-
rouirum & He-
ingulis praesidijs
m fata rupto-
io Iulio, diuulg-
lham & intra-
e. Nunc hostes,
xuziq; fuerint,
s, postquam per-
mgy uider, uer-
luum millium
Illuc comme-
ebantur ani-
nus exercitus
ti sceleris, ne-

debat, auden-
pdu differunt
oro uobis lo-
ihi exitum par-
llis hostium,
re pudet mi-
aies parant
um bellum

max. quem per octingentos uiginti annos tot triumphis coluimus, te Quirine Romanę parens urbis, precor uenerorq; ut si uobis nō fuit cordi, me duce hæc castra incorrupta & intemerata seruari, at certè pollui fœdariq; à Tutore & Classico ne sinatis. militib⁹ Romanis aut innocentia detis, aut maturam & sine noxa pœnitentiam. Varie excepta oratio, inter spem metumq; ac pudorem. Digressum Voculam, & de supremis agitantem, liberti seruiq; prohibuere fœdissimam mortem spontè præuenire. Et Classicus misso Aemilio Longino desertore primæ legionis, cædem eius maturauit. Herēnium & Numisium legatos uinciri satis uisum. Dein sumptis Romani imperij insignibus, in castra uenit. Nec illi quanquam ad omne facinus durato, uerba ultrà suppeditauere, quàm ut sacramentū recitaret. Iurauere qui aderāt pro imperio Galliarū. Interfectorē Voculę altis ordinibus, ceteros ut quisq; flagitiū nauauerat, præmijs attollit.

Tac. li. 20.

Diuisæ inde inter Tutorem & Classicum curę. Tutor ualida manu circundatos Agrippinenses, quātumq; militum apud superiorē Rheni ripam, in eadem uerba adigit, occisis Magontiaci tribunis, pulso castrorum præfecto q̄ detrectauerant.

Classicus corruptissimum quenq; è deditis pergere ad obsessos iubet, ueniam ostentantes, si præsentia sequerentur, aliter nihil spei Famē ferrumq; & extrema passuros. Adiecere qui missi erāt, exemplum suū. Obsessos hinc fides, inde egestas, inter decus ac flagitium distrahebant. Cunctātibus solita insolitaq; alimenta deerāt, absumptis iumentis equisq; & cæteris animalibus, q̄ prophana fœ-

daq;
& sti
seria
egre
Ciu
adm
pac
cun
leue
lapi
grec
ti pa
giur
nos
lata
run
cun
C
mar
trata
tur p
culis
que
lian
tano
ret,
N
mif
imp
pler
perft
torit

datq; in usum necessitas uertit. Virgulta postremo & stirpes & internatas saxis herbas uellentem, miseriarum patientiæq; documentum fuere, donec egregiam laudem sine turpi macularent, missis ad Ciuilem legatis, uitam orantes. Neq; antè preces admissæ, quàm in uerba Galliarum iuraret. Tum pactus prædam castrorum, dat custodes, qui pecuniam, calones, sarcinas retentarent, ac qui ipsos leues abeuntes prosequerentur. Ad quintumferè lapidem, coorti Germani, incautum agmen aggreduuntur. Pugnacissimus quisq; in uestigio, mulsi palantes occubere. Ceteri retro in castra profugiunt, querente sanè Ciuile & increpante Germanos, tanquam fidem per scelus abrumperent. Simulata ea fuerint, an retinere sequentes nequiverit, parum affirmatur. Direptis castris, faces iniiciunt: cunctosq; qui prælio superfuerat, incendiū hausit.

Ciuilis barbaro uoto post cæpta aduersus Romanos arma, propexum rutilatumq; crinem, patratam demum cæde legionum, deposuit. Et ferebatur paruulo filio quosdam captiuorum, sagittis iaculisq; puerilibus figendos obrulisse. Cæterum neque se, neque quenquam Batauum in uerba Galliarum adegit, fisis Germanorum opib⁹. Et si certandum aduersus Gallos de possessione rerum foret, inclytus fama, & potior.

Mumius Lupercus legatus legionis, interdona missus Velledæ. Ea uirgo nationis Bructeræ, latè imperitabat, uetere apud Germanos more, quo plerasque foeminarum fatidicas, & auferente superstitione, arbitrentur deas. Tuncq; Velledæ auctoritas adoleuit. Nam prosperas Germanis res,

Tac. li. 20.

Velleda

& excidium legionū prædixerat. Sed Lupercus in itinere interfectus. Pauci centurionum tribunorumq; in Gallia geniti, reseruantur, pignus societatis. Cohortium, alarum, legionū hyberna subuersa cremataq; ijs tantum relictis quæ Magontiaci ac Vindonissæ sita sunt. Legio decimatertia cum auxilijs simul deditis, à Nouesio in coloniã Treuirorū trāsgredi iubetur, præfinita die intra quam castris excederet, medium omne tempus per uarias curas egere. Ignauissimus quisque, cæsoꝝ apud Vetera exemplo pauentes, melior pars rubore & infamia, quale illud iter, quis dux uitæ, & omnia in arbitrio eorum quos uitæ necisq; dominos fecissent. Alij nulla dedecoris cura, pecuniã aut charissima sibi met ipsi circūdare. Quidã expedire arma, telisq; tanquam in aciem accingi. Hæc meditantibus, aduenit proficiscendi hora, expectatione tristior. Quippe intra uallum deformitas haud pinde notabilis: detexit ignominiam campus & dies. Reuulsæ imperatorū imagines, innexa signa, fulgentibus hinc inde Gallorū uexillis, filens agmen, & uelut longæ exequiæ. Dux Claudius Sanctus, effosso oculo, dirus ore, ingenio dirior. Duplicat flagitium, postquam desertis Bonnēsis castris, altera se legio miscuerat. Et uulgata captarum legionum fama, cuncti q; paulo antè Romanorum nomen horrebant, procurrentes ex agris tectisq;, & undique effusi, insolito spectaculo nimium fruebantur. Non tulit ala Picentina gaudium insultantis uulgi. Spretisq; Sancti promissis, aut minis, Magontiacum abeunt, ac forte obuio interfectore Voculæ Longino, coniectis in eum telis, initium

exolo
mut:

Ci

lonu

suis

pidi

Obf

anti

neff

rū m

honi

tibu

fine

omil

q; di

miss

nenf

hun

R

mun

tes ag

beri

na ac

rant

arce

ma r

prec

in æt

Colo

ra an

Rom

facile

exoluēdā in posterū culpę fecere. Legionē nihil mutato itinere, ante mœnia Treuironē cōfidunt.

Ciuilis & Classicus rebus secūdis sublatis, an Colonia Agrippinensē diripiendā exercitibus suis permitterēt, dubitauere: sequitia ingenita & cupidine prædæ, ad excidium ciuitatis trahebantur. Obstabat ratio belli, & nouum imperium inchoantibus utilis clementiæ fama. Ciuilem etiā beneficij memoria flexit, quòd filium eius primo rerū motu, in Colonia Agrippinensē deprehensum, honoratè custodierant. Sed transhenanē gentibus inuisa ciuitas opulentia auctuq̃. Neq̃ alium finem belli rebantur, quā si promiscua ea sedes om̃ibus Germanis foret: aut dissecta, Vbios quoq̃ dispersisset. Igitur Tēcteri Rheno discreta gēs, missis legatis, mandata apud consilium Agrippinensium edi iubent, quæ ferocissimus ē legatis in hunc modum protulit:

Redisse uos in corpus nomenq̃ Germaniæ, cōmunibus deis, sed præcipuo deorum Marti, gratias agimus. Vobisq̃ gratulamur, quòd tandem liberi inter liberos eritis. Nam ad hunc diem flumina ac terras & cælum quodammodo ipsum clauserant Romani, ut colloquia congressusq̃ nostros arcerent. Vel quod contumeliosus est, uiris ad arma natis, inermes ac propè nudi, sub custode & precio coiremus. Sed ut amicitia societasq̃ nostra in æternum rata sint, postulamus à uobis, muros Coloniae, munimenta seruitij detrahatis. etiā fera animalia, si clausa teneas, uirtutis obliuiscūtur. Romanos om̃es in finibus uestris trucidetis, haud facile libertas & domini miscentur, Bona interfe-

superius in
tribuno-
gnus societa
erna subuet
Magontiaci
aterria cum
plonia Tre-
intra quam
nus per uari-
ca:lor: apud
rs rubore &
& omnia in
minos fecit
aut charissi
edire arma,
c meditanti
tatione iri-
as haud p̃ir-
pus & ceter.
signa, ful-
ns agmen,
is Sanctus.
Duplicat
pus castris,
parum le-
manorum
tis rectisq̃
mum frue
in militan
muis, Ma
erfectore
initium

storum in medium cedant, ne quis oculere quicquam, aut segregare causam suã possit. Liccat nobis uobisq; utranque ripam colere, ut olim maioribus nostris, quomodo lucem diemq; omnibus hominibus, ita omnes terras fortibus uiris natura aperuit. Instituta cultumq; patrium resumite, abruptis uestigialibus, quibus Romani plus aduersus subiectos quã armis ualent. syncerus & integer & seruitutis oblitus populus, aut ex æquo ageris, aut alijs imperitabitis.

Agrippinenses sumpto cõsultandi spatio, quando neque subire conditiones metu futuri, neque palam aspernari conditio præsens sinebat, in hũc modum respondent:

Tac. li. 20.

Quæ prima libertatis facultas data est, auidius quã cautius sumpsimus, ut uobis cæterisq; Germanis consanguineis nostris iungeremur. Muros ciuitatis, congregantibus se cum maxime Romanorum exercitibus, augere nobis quã diruere tutius est. Si qui ex Italia aut prouincijs alienigenæ in sinibus nostris fuerant, eos bellum absumpsit, uel in suas quisque sedes refugere, Deductis olim & nobiscum per connubium sociatis, quiq; mox prouenere, hæc patria est, nec uos adeo iniquos existimamus, ut interfici à nobis parêtes, fratres, liberos nostros uelitis. Vestigial & onera commerciorum resoluiimus. Sint transitus incustoditi, sed diurni & inermes, donec noua & recentia iura, in uetustatem & consuetudinem uertantur. Arbitrum habebimus Ciuilem & Velledam, apud q̄s pacta sancientur.

Sic lenitis Tenēteris, legati ad Ciuilem & Velle-

dam missi cum donis, cuncta ex uoluntate Agrippinensium perpetrare. Sed coram adire, allogq; Velledam negatum. Arcebantur aspectu, quo uenerationis plus inesser.

Ipsa edita in turre: delectus e propinquis, confula respōsaq; ut internuncius numinis, portabat.

Ciuis societas Agrippinensium auctus, proximas ciuitates affectare, aut aduersantibus bellū inferre statuit. Occupatisq; Sunicis, & iuuentute eorum per cohortes composita, quo minus ultra pergeret, Betasiorum, Tungrorumq; & Nerniorū tumultuaria manu Labeo restitit, fretus loco, quia pontem Mosę fluminis anteceperat: Pugnabaturq; in angustijs ambigē, donec Germani trantes, terga Labeonis inuasere. Simul Ciuis ausus, an ex composito intulit se agmini Tungrorum, & clara uoce, Non ideo, inquit, bellum sumpsimus, ut Bataui & Treuiri gentibus imperent, procul hec a nobis arrogātia, accipite societatem, trāsgredior ad uos, seu me ducem, seu militem maultis. Mouebatur uulgus, condebantq; gladios, cum Campanus ac Iuuenalis ex primoribus Tungrorum, uniuersam ei gentem dedidere. Labeo an tequam circunueniretur, profugit.

Ciuis Betasios quoq; ac Nerus in fidem acceptos, copijs suis adiunxit, ingens rerum, perculsis ciuitatum animis, uel sponte inclinantibus.

Ciuis auia Belgarum circumibat, dum Claudium Labeonem capere, aut exturbare nititur. Claficus segne plerunque ocium trahens, uelut parto imperio fruebatur. Ne Tutor quidem maturauit superiorem Germaniæ ripam & ardua Alpium

requis
cat no
m maio
ribus ho
rura ape
ite, abru
aduersus
& ineger
io ageris,

rio, quan
iri, neque
sat, in hic

st, auidius
erisq; Ger
r. Muros
e Roma
n diruere
alienige
i absum
Deductis
tis, quib;
adeo ini
rētes, fra
nera cō
tustodiu,
sentia m
untur. Ar
apud q;

Velle-

præfidijs claudere. Atque interim una & uicesima legio Vindonissa, Sextilius Felix cum auxiliarijs cohortibus per Rhætiam irrupere. Accessit ala singularium, excita olim à Vitellio, deinde in partes Vespasiani transgressa. Præerat Iulius Brigaticus, sorore Ciuilis genitus, ut fermè acerrima proximorum odia sunt, inuisus auunculo infensusq̃.

Tutor Treuironum copias recēti Vangionum, Caracatium, Tribocorum lectu auctas, ueterano equite atq̃ pedite firmauit, corruptis spe aut metu subactis legionarijs, qui primo cohortē præmissam à Sextilo Felice interficiunt. Mox ubi duces exercitusq̃ Romani propinquabāt, honesto trās-fugio rediere, secutis Tribocis Vangonibusq̃ & Caracatibus.

Tutor Treuiris comitatibus, uitato Magontiaco, Bingiū cōcessit, fidens loco, quia pontem Naue fluminis abruperat, sed incursu cohortiū quas Sextilius ducebat, & repto uado, proditus fususq̃. Ea clade percussi Treuiri, & plebes omiſſis armis per agros palatur, qdam principum, ut primi potuisse bellum uiderentur, in ciuitates quæ societatem Romanā non exuerant, pfugerūt. Legiones à Nouesio Bōnaq̃ in Treuiros, ut supra memoraui, traductæ, seipsas in uerba Vespasiani adigūt.

Hæc Valentino absente gesta, qui ubi aduenta bat, furens, cūcta q̃ rursus in turbas & exitium cōuersurus, legiones in Mediomatricos sociam ciuitatem abscessere. Valētinus ac Tutor, in arma Treuiros retrahunt, occisis Herennio ac Numisio legatis, quo minore spe ueniæ, cresceret uinculum sceleris. Hic belli status erat, cum Perilius Cerealis

Magontiacū uenit, eius aduentu erectæ spes. Ipse pugnae audius, & cōtemnendis quàm cauēdis hostibus melior, ferocia uerborum militem incendebat, ubi primum congregari licuisset, nullam præliomoram facturus. Delectus per Galliam habitos, in ciuitates remittit, ac nūciare iubet, sufficere imperio legiones, socij ad munia pacis redirent, securi uelut cōfecto bello, quod Romanæ manus exceperant. Auxit ea res Gallorum obsequiū. Nam recepta iuuentute, facilius tributa tolerauerunt, p̄niores ad officia quod spernebantur.

At Ciuili & Classico ubi pulsus Tutorem, ceterosque Treuiros, cuncta hostibus prospera acceperat, trepidi ac properantes, dum dispersas suorum copias conducunt, crebris interim nūctis Valentinum monuere, ne summæ rei periculum faceret. Eo rapidius Cerialis, missis in Mediomatricos, qui breuiore itinere legiones in hostem uerterent, contra cōfecto quod erat militum Magontiaci, quātumq̄ secum trāsuerat, tertijs castris Rigodulum uenit, quem locum magna Treuirorum manu Valentinus infederat, mōtibz & Mosella amne septum, & addiderat fossas obicesq̄ saxorum. nec deterrere ea munimenta Romanum ducem, quo minus peditem perumpere iuberet, equitū aciem in collem erigeret, spreto hoste, quē temerè collectum, haud ita loco iuari, ut non plus suis in uirtute foret. Paulum moræ in ascensu, dū missilia hostium preuehantur. Ut uentum ad manus, deturbati ruinæ modo præcipitantur. Et pars equitum æquioribus iugis circumuecta, nobilissimos Belgarum, in quis ducem Valētinum, cepit. Cerialis postero

E

Tac. li. 201

die coloniam Treuitorum ingressus est, auido mī lite eruendæ ciuitatis, hanc esse Classici, hanc Tutoris patriam, horum scelere clausas cæsasq; legiones. Quid tantum Cremonam meruisse, quam è gremio Italiae rapram, quia unius noctis moram uictoribus attulerit? Stare inconfinio Germania integram sedem, spolijs exercituum & ducum cædibus ouantem. Redigeret prædam in fiscū. Iphis sufficere ignes & rebellis coloniae ruinas, quibus rot castrorum excidia p̄sarentur, Cerialis à metu infamiae, si licentia saeuitiaq; imbuere militem crederetur, pressit iras, & paruere posito cuili bello ad externa modestiores. Conuertit inde animos accitæ è Mediomaticis legionū miserabilis aspectus. Stabant conscientia flagitij mœstæ, fixis in terram oculis. Nulla inter cocuntes exercitus cōsalutatio, neq; solantibus hortantibusue responsa dabant. Abditi p̄ tentoria, & lucē ipsam uitantes, nec p̄inde periculū aut met⁹, q̄ pudor ac dedecus obstupefecerat, attonitis etiam uictoribus, qui uoces precesq; adhibere non ausi, lachrymis ac silentio ueniam posebāt, donec Cerialis mulceret animos, fato acta dictitans, quæ militū ducū uel discordia, uel fraude hostiū euenissent: Primum illum stipendiorum & sacramenti diē haberent: Priorum facinorū, neque imperatorem neq; se meminisse. Tunc recepti in eadem castra, & edictum per manipulos, ne qs in certamine iurgio ue, seditionem aut cladem commilitoni obiectaret. Mox Treuiros ac Lingonas, ad concionē uocatos, ita alloq̄t: Neque ego unquam facundiam exercui, & populi Romani uirtutem armis affirmavi. Sed quia

apud uos uerba plurimum ualēt, bonaq; ac mala non sua natura, sed uocibus seditiosorum estimantur, statui pauca differere, q̄ profligato bello utilius sit uobis audisse, q̄ nobis dixisse. Terrā uestrā cæterorumq; Gallorum ingressi sunt duces imperatoresq; Romani, nulla cupidine, sed maioribus uestris inuocantibus, quos discordiæ usq; ad exitum fatigabāt: & acciti auxilio Germani, socijs pariter atq; hostibus seruitutem imposuerant. Quot prælijs aduersus Cimbroſ Teutonoscq; quantis exercituum nostrorum laboribus, quo ueuentu Germanica bella tractauerimus, satis clarum. Nec ideo Rhenum insedimus, ut Italiam tueremur, sed ne quis alius Ariouistus, regno Galliarum potiretur. An uos chariores Ciuili Batauiscq; & transhenanisc gentibus creditis, quā maioribus eorū patres auicq; uestri fuerunt? Eadem semper causa Germanisc trāscendēdi in Gallias, libido atq; auaritia, & mutādæ sedis amor, ut relictis paludibus & solitudinibus suis, fecundissimum hoc solum uoscq; ipsos, possiderent. Cæterum libertas & speciosa nomina prætexuntur, nec quisquam alienum seruitium, & dominationem sibi concupiuit, ut non eadem ista uocabula usurparet. Regna bellaq; p Gallias semper fuere, donec in nostrum ius concederetis. Nos quāquam toties laceſſiti, iure uictorie id solum uobis addidimus, quo pacem tueremur. Nam neque quies gentium sine armis, neq; arma sine stipendijs, neque stipendia sine tributis haberi queunt. Cætera in communi sita sunt. Ipsi plerūq; legionib⁹ nostris p̄sidentis. Ipsi has aliasq; prouincias regitis. Nihil separatū clausumue, & lau

E ij

est, acido mī
ci, hanc Tu-
caſasq; legi-
niſſe, quamē
ctis moram
Germanic
L ducum ce
n filcū. Iſtis
nas, quibus
ialis a metu
militem cre
culi bello
de animos
abſiſſe ſpe
tā, fixis in
tritus cō-
e reſponſa
uitantes,
dedecus
s, qui uo
ac ſilen
teret ani
e diſcor
llam ſi
Priorum
minille.
n per ma
itionem
e Treui-
allogit.
i, & po
d quia



datorum principum usus ex æquo, quanuis procul agentibus. Sæui proximis ingruūt, quomodo sterilitatem, aut nimios imbres & cætera naturæ mala, ita luxum uel auaritiam dominantium tolerate. Vitia erunt donec homines, sed neque hæc continua, & meliorum interuentu pensantur, nisi fortè Tutore & Classico regnantibus, moderatius imperium speratis, aut minorib⁹ quàm nūc tributis, parabūtur exercitus, quibus Germani Britanniq³ arceantur. Nam pulsus (quod dii prohibeant) Romanis, quid aliud q̄ bella omnium inter gentium existent? Ostingentorum annorum fortuna disciplinaq³ compages hæc coaluit, quæ cōuelli sine exitio cōuellentium non potest. Sed uobis maximū discrimen, penes quos aurum & opes præcipuæ bellorum causæ. Proinde pacem & urbem, quam uicti uictoresq³ eodē iure obtinemus, amate, colite. Moneant uos utriusque fortunæ documenta, ne cōtumaciam cum pnicie, quàm obsequium cum securitate malitis.

Tali oratione grauiora metuentes, composuit, erexitq³.

Tenebantur uictore exercitu Treuiri, cum Ciuilis & Classicus misere epistolas ad Cerialem, quarum hæc sententia fuit:

Vespasianum, quanquam nuncios occultarent, excessisse uita, urbem atque Italiam interno bello consumptam. Mutiani & Domitiani uana & sine uiribus nomina. Si Cerialis imperium Galliarum uelit, ipsos finibus ciuitatum suarum contentos: si prælium mallet, ne id quidem abnuere. Ad ea Cerialis Ciuili & Classico nihil: cum q̄ attulerat ipsas

epist
H
culp
inte
fa
cor

Ci
ru
rer
&
uo
na
tra
sp
sec
ab
sta
lis
mi
ciu
cor
Ge
ob
ler
tu
ros
li,
tis,
ran
tori
Lin

epistolâs, ad Domitianum misit.

Hoftes, diuifis copijs, aduenerunt undiq;. Plerique culpabât Cerialem, paffum iungi quos discretos intercipere licuiffet. Romanus exercitus castra foſſa ualloq; circundedit, quis temere antea intutis confederat.

Apud Germanos diuerſis ſententijs certabatur. Ciuilis opperiedas tranſſhenanorum gētes, quarum terrore fractæ populi Romani uires, obtulerentur. Gallos quid aliud quàm prædā uictoribus? & tamen quod roboris fit, Belgas ſecum palā aut uoto ſtare. Tutor cūctatione crefcere rem Romanam affirmabat, coeuntibus undique exercitibus, tranſuectam à Britannia legionem, accitas ex Hiſpania, aduentare ex Italia, nec ſubitum militem, ſed ueterem expertumq; belli. Nam Germanos q ab ipſis ſperentur, non iuberi, non regi, ſed cuncta ex libidine agere, pecuniamq; ac dona, quis ſolis corrumpantur, maiora apud Romanos, & neminem adeò in arma promptum, ut nō idem precium quietis, quàm periculi malit. Quod ſi ſtatim congregiantur, nullas eſſe Ceriali, niſi ex reliquijs Germani exercitus legiones, fœderib; Galliarum obſtrictas. Idq; ipſum quòd in conditam nuper Valentini manum cōtra ſpem ſuam fuderint, alimentum illis duciq; temeritatis. Auſuros rurfus, uenturosq; in manus, nō imperitia militū, ſed adoleſcētuli, uerba & cōciones plus, q̄ ferrū & arma meditantis, ſed Ciuilis & Claffici, q̄s ubi aſpexerint, redituram in animos formidinem, fugam, famemq; ac toties captis precariam uitam, neq; Treuiros aut Lingonas beneuolentia contineri, reſumpturos at

ma ubi metus abscefferit. Diremit consiliorum diuersitatem, approbata Tutoris sententia, Classicus, statimq; exequuntur.

Media acies Vbijs Lingonibusq; data, dextro cornu cohortes Barauorū, sinistro Brufteri, Tensteriq; pars montibus, alij uiam inter Mosellamq; flumen tam improuisi adfluere, ut in cubiculo ac lectulo Cerialis (neque em̄ noctem in castris egerat) pugnari simul uinciq; suos audierit, increpās pauorē nūciantium, donec uniuersa clades in oculis fuit. Perrupta legionum castra, fusi equites, medius Mosellæ pons, qui ulteriora colonix annectit, ab hostibus infessus.

Cac. li. 20. Cerialis turbidis rebus intrepidus, & fugientes manu retrahens, in tecto corpore promptus, inter tela felici temeritate, & fortissimi cuiusq; accursu recuperatum pontem, electa manu firmavit. Mox in castra reuersus, palantes captarum apud Nouesium Bonnamq; legionum manipulos, & rarum apud signa militem, ac prope circumuentas aquilas uidet. Incēsus ira: Nō Flaccum, inquit, nō Voulam deseritis. Nulla hic proditio, neq; aliud excusandum habeo, quā quod uos Gallici fœderis oblitos prædixerim, memoriā Romani sacramenti tenere credidi. Annumerabor Numisii, & Herrenijs, ut om̄es legari uestri, aut militū manibus aut hostium ceciderint. Ite, nunciate Vespasiano, uel quod propius est, Ciuili & Classico, relictum à uobis in acieducem. uenient legiones, quæ neque me inultum, neque uos impunitos patiantur. Vera erant, & à tribunis præfectisq; eadē ingerebantur. Consistunt per cohortes & manipulos, neq;

enim
dient
gnare
cis pu
uos
E
ma
bara
diui
tere
qua
con
Sed
me
inc
sec
pit
C
ux
cta
in d
tus
rep
ger
lid
ma
in f
ciu
fiur
clau
riali
Ci

enim poterat patescere acies effuso hoste, & im-
 dientibus tentorijs sarcinisq̃, cum intra uallū pu-
 gnaretur. Tutor, Classicus, Ciuilis, suis quisque lo-
 cis pugnam ciebant. Gallos pro libertate, Bata-
 nos pro gloria, Germanos ad prædam instigātes.

Et cuncta pro hostibus erant, donec legio uiceti-
 ma prima, patientiore quàm cæteræ spatio conglo-
 bata, sustinuit ruentes, mox impulit. Nec sine ope
 diuina, mutatis repente animis, terga uictores uer-
 tere. Ipsi territos se cohortium aspectu ferebant,
 quæ primo impetu dissectæ, summis rursus iugis
 congregabantur, ac speciem noui auxilij fecerant.
 Sed obstitit uincensibus prauum inter ipsos certa-
 men, hoste omisso, spolia consecrandi. Cerialis ut
 incurtia propèrem afflixit, ita constantia restituit:
 secutusq̃ fortunam, castra hostium eodem die ca-
 pit excinditq̃. Nec in longum quies militi data.

Orabant auxilium Agrippinenses, offerebātq̃
 uxorem ac sororem Ciuilis, & filiam Classici, reli-
 cta sibi pignora societatis. Atq̃ interim dispersos
 in domibus Germanos trucidauerant. Vnde me-
 tus & iustæ preces inuocantium, antequam hostes
 reparatis uiribus, ad spem uel ad ultionem accin-
 gerentur. Nam & Ciuilis illuc intēderat, non inua-
 lidus, flagrantissima cohortium suarum integra
 manu, & è Chaucis Frisiisq̃ composita, Talbiaci
 in finibus Agrippinensium agebat. Sed tristis nun-
 cius auertit, deletam cohortem dolo Agrippinen-
 sium, qui largis epulis uinoq̃ sopitos Germanos,
 clausis foribus igne iniecto, cremauere. Simul Ce-
 rialis propero agmine subuenit.

Circumsteterat Ciuilē & alius metu, ne quarta-

E iij

decima legio, adiuncta Britannica classe, afflicta-
ret Batauos, quæ Oceano ambiuntur. Sed legio-
nem terrestri itinere Fabi⁹ Priscus legatus, in Ner-
uios Tungrosq; duxit, Eaq; ciuitates in ditionem
acceptæ.

Classem ultro Caninefates aggressi sunt, ma-
iorq; pars nauium depressa aut capta. Et Nerui-
orum multitudinem sponte commotam, ut pro
Romanis bellum capefferet, ijdem Caninefates
fudere. Classicus quoque aduersus equites Noue-
sium à Ceriali præmissos, secundum prælium fe-
cit, quæ modica, sed crebra damna, famam uicto-
riæ nuper partæ lacerabant.

Tac. li. 11. At Ciuilis post malam in Treuiris pugnam, re-
parato per Germaniam exercitu, apud Vetera ca-
stra consedit, tutus loco, & ut memoria prospera-
rum illic rerum augescerent barbarorum animi.
Secutus est eodẽ Cerialis duplicatis copijs, aduẽtu
secũdæ, & decimæ sextæ & quartæ decimæ legionũ.
Cohortesq; & alæ iã pridẽ accitæ post uictoriam
pperauerant. Neuter ducũ cūctator. Sed arcebat
latitudo camporum, suo pte ingenio humẽtium.
Addiderat Ciuilis obliquam in Rhenum molem,
cuius obiectu reuolutus amnis, adiacentibus su-
perfundereetur. Ea loci forma, incertis uadis sub-
dola & nobis aduersa. Quippe miles Romanus
armis grauis & nandi pauidus, Germanos flumi-
nibus suetos, leuitas armorum, & proceritas cor-
porum attollit. Igitur laceffentibus Batauis, fero-
cissimo cuiq; nostrorum cœptum certamen, dein
de orta trepidatio, cum præaltis paludibus arma
equiq; hautirentur, Germani notis uadis persulta

bant, o
cunuet
certab
undas
porib
di cur
tur, n
non
diere
fis an
crim
Ci
mini
dor e
mor
ce Ce
expl
lecto
Ci
tit. B
ra flu
Et
uniue
(
antic
uictu
mag
pluri
robo
ra ter
bus a
cimar

bant, omiffa plerunque fronte, latera ac terga circumuenientes, neque ut in pedestri acie cominus certabatur, sed tanquam nauali pugna uagi inter undas, aut si qđ stabile occurrebat, totis illic corporibus nitentes, uulnerati cū integris, periti nandi cum ignaris, in mutuam perniciem implicabantur, minor tamen quā pro tumultu cædes, quia non ausi egredi paludem Germani, in castra rediere. Eius prælij euentus utrunque ducem diuersis animi motibus ad maturā dum summæ rei discrimen erexit.

Ciuilis instare fortunæ, Cerialis abolere ignominiam, Germani prosperis feroces, Romanos pudor excitauerat: nox apud barbaros, cātu aut clamore, nostris per iram & minas acta. Postera luce Cerialis equite & auxiliarijs cohortib⁹ frontem explet, in secūda acie legiones locatæ. Dux sibi delectos retinuerat ad improuisa.

Ciuilis haud porrecto agmine, sed cuneis astitit. Bataui Cugerniꝝ in dextro, læua ac propiora fluminis transhenani tenere.

Exhortatio ducum non more concionis apud uniuersos, sed ut quosq; eorum aduehebantur.

Cerialis ueterem Romani nominis gloriam, antiquas recentesq; uictorias, ut p̄fidū, ignauum, uictum hostem, in æternum excinderēt, ultione magis quā prælio opus esse. Pauciores nup cum pluribus certasse, attamen fusos Germanos, quod roboris fuerit. Superesse qui fugā animis, q̄ uulnera tergo ferant. Proprios inde stimulos legionibus admouebat, domitores Britanniaꝝ quartadecimanos appellans. Principē Galbam sextæ legio-

afflicta
ed legio-
us in Ne-
ditionem

sunt, ma-
Et Nerui-
m, ut pro
ninetates
es Noue-
elium fe-
m uicto-

gnam, re-
etera ca-
rospra-
n animi,
aduēu-
gionū,
toriam
recebat
fruum.

rolem,
bus su-
lis sub-
manus
flumi-
as cor-
fero-
dein
irma
sulta

nis autoritate factum. Illa primum acie Secūdanos noua signa nouamq; aquilā dicaturos. Hinc præuectus, ad Germanicum exercitū manus tendebat, ut suam ripā, sua castra, sanguine hostium recuperarent. Alacrior omnium clamor, quis uel ē longa pace, prælij cupido, uel fessis bello, pacis amor, præmiatq; & quies in posterum sperabant.

Tac. li. 21.

Nec Ciuilis silētem struxit aciem, locum pugnae testem uirtutis sciens, stare Germanos Batauosq; super uestigia gloriae, cineres ossaq; legionum calcantes. Quocunq; oculos Romanus intēderet, captiuitatem clademq; & dira omnia obuersari. Ne terrentur uario Treuerici prælij euctū, suam illic uictoriam Germanis obstitisse, dum ommissis telis, præda manus impediūt. Sed cuncta mox prospera & hosti contraria euenisse. quæ prouideri astu ducis oportuerit, prouidisse campos madentes & ipsis gnaros, paludes hostibus noxias. Rhenum & Germaniæ deos in conspectu, quorum numine capefferent pugnam, coniugum, parentum, patriæ memores. Illum diem aut gloriosissimum inter maiores, aut ignominiosissimum apud posteros fore. Vbi sono armorum tripudijq; (ita illis mos) approbata sunt dicta, saxi glādibusq; & cæteris missilibus prælium incipitur, neq; nostro milite paludem ingrediente, & Germanis, ut elicerēt, laceffentibus. Absumptis quæ iaciuntur, & ardescēte pugna, procursum ab hoste infestius immensis corporibus & prælongis hastis, fluitātemq; militē fodiebant eminus: simul ē mole quam eductā in Rhenum retulimus, Bructerorum cuneus trāsnatauit, turbata ibi res, & pellebatur sociarum co-

hortium
suppress
inter qu
hostium
mittere
stodia
per fug
ubi cla
ere: pu
bellatu
turasse
bribus
quarta
nio mi
legio l
Ciuil
sus op
ri pote
fit, gna
citur l
ruit me
prono
rabant
ueus ir
rarum
quoq;
rum se
quem
rius m
Alpini
lia con
tūq; be

hortium acies, cum legiones pugnam excipiunt, suppressaꝫ hostium ferocia, prælium exæquatur: inter quæ perfuga Batauus adiit Cerialem, terga hostium promittens, si extremo paludis eques immitteretur: solidum illâ, & Cingeros quibus custodia obuenerat, parum intentos. Duæ alæ cum perfuga missæ, incauto hosti circumfunduntur: quod ubi clamore cognitum, legiones à fronte incubere: pulsique Germani, Rhenum fuga petebant. Debellatum eo die foret, si Romana classis sequi maturasset. Ne eques quidem institit, repente fufis imbribus & propinqua nocte. Postera die, decima quarta legio in superiorem prouinciã Gallo Anio missa. Cerialis exercitum, decima ex Hispania legio suppleuit.

Ciuili Chaucorum auxilia uenere: non tamē aus oppidum Batauorum armis tueri, raptis quæ ferri poterant, cæteris iniecto igni, in insulam cõcessit, gnarus deesse naues efficiendo ponti, neque exercitum Romanum aliter transmissurum: quin & diruit molē à Druso Germanico factam, Rhenumque prono alueo in Galliam ruentem, disiectis quæ morabantur, effudit. Sic uelut abactō amne, tenuis alueus insulam inter Germanosque, continētium terrarum speciem fecerat. Transiere Rhenum Tutor quoque & Classicus, & centum tredecim Treuiorum senatores, in quibus fuit Alpinus Montanus, quem à Primo Antonio missum in Gallias superius memorauimus. Comitabatur eum frater D. Alpinus. Simul cæteri miseratione ac donis auxilia concibant, inter gentes periculorū auidas. Tantumque belli superfuit, ut præsidia cohortium, alarum, legio-

num, modicis uicis quadripartita Ciuilis inuaserit.

Decimā legionē Arenaci, Secundā Batauoduri, & Grinnes Vadamq̃, cohortium alarumq̃ castra, ita diuisis copijs, ut ipse & Verax sorore eius genitus, Classicusq̃ ac Tutor, suam quisq̃ manum traherēt. nec omnia patrandi fidutiā, sed multa auferis, aliqua in parte fortunam adfore. Simul Cerialem, neque satis cautum, & pluribus nuncijs, huc illuc cursantem, posse medio intercipi.

Quibus obuenerant castra Decumanorum, oppugnationem legionis arduam rati, egressum militem & cędēdis materijs operatum turbauere, occiso præfecto castrorum & quinque primoribus centurionum, paucisq̃ militibus. Ceteri se munitis defendere.

Et interim Germanorum manus, Batauoduri, irumpere inchoatum pontem nitebatur. Ambiguum prælium nox diremit. Plus discriminis apud Grinnes Vadamq̃. Vadam Ciuilis, Grinnes Classicus oppugnabant, nec sisti poterant, interfecto fortissimo quoque, in quis Briganticus præfectus alæ ceciderat, quem fidū Romanis, & Ciuili auunculo infensum diximus. Sed ubi Cerialis cum delecta equitum manu subuenit, uersa fortuna. Præcipientes Germani in amnem aguntur. Ciuilis dum fugiētes retētat, agnitus, peritusq̃ relis, relicto equo transfatauit. Idem Germanis effugium. Tutorem Classicumq̃ appulset lintres uexere. Ne tum q̃dem Romana classis pugnae adfuit, ut iussum erat. Sed obstitit formido, & remiges per alia militiæ munia dispersi. Sanē Cerialis parum temporis ad exequenda imperia dabat, subitus consilijs, sed euen-

tu clarus
hinc ipsi
cos post
euasisse

Prof
stra, qu
uibus r
lijs. An
posueri
rapti, ni
des alti
suis met
turbare
Vtq̃ ad
plus ter

Ron
per uias
brachia
misom
Nang
ducem r
ut pler
tæ mul
dedecor
etrem e
bus, se q
sti hoste
flumine

Ciui
tandi. C
ordine a
tricens

tu clarus. Aderat fortuna etiã, ubi artes defuissent, hinc ipsi exercituiq; minor cura disciplinæ. Et paucos post dies quanquam periculum captiuitatis euasisset, infamiam non uitauit.

Profectus Nouesium Bonnamq; ad uisenda castra, quæ hyematuris legionibus erigebantur, nauibus remeabat, disiecto agmine, incuriosis uigilijs. Animaduersum id Germanis, & insidias composituere. Electa nox atra nubibus, & prono amne rapti, nullo prohibente, uallum ineunt. Prima cædes astu adiuta, incisis tabernaculorum funibus, suis met corijs coopertos trucidabãt. Aliud agmen turbare classem, iniicere uincula, trahere puppes. Utq; ad fallendum silentio, ita cæpta cæde, & quo plus terroris adderët, cuncta clamoribus miscebãt.

Romani uulneribus exciti, querunt arma, ruunt per uias pauci ornati militariter, plerique circumbrachia, torta ueste & strictis mucronib⁹. Dux semisomnis ac prope intectus, errore hostiũ seruaf. Namq; prætoriam nauem uexillo insignem, illic ducem rati, abripiũt. Cerialis alibi noctem egerat, ut plerique credidere, ob stuprum Claudiæ Sacratæ mulieris Vbiæ. Vigiles flagitium suum, ducis dedecore excusabant, tanquam iussi silere, ne quicrem eius turbarent. ita intermisso signo & uocibus, se quoque in somnum lapsos. Multa luce, reuerti hostes captiuis nauibus, prætoriam triremem, flumine Lippia, donum Velledæ traxere.

Ciuilem cupido incessit naualem aciem ostentandi. Complect quod biremium, quæq; simplici ordine agebantur. Adiecta ingēs lincium uis ad tricenos quadragenosq; simul armamēta Liburæ

nicis olim haud indecorè pro uelis iuuabant. Spatium uelut æquoris electum, ubi Mosæ fluminis amnè, Rhenus Oceano affundit. Causa instruedæ classis, sup̄ insitâ genti uanitatem, ut eo terrore cõmeatus Gallia aduētantes interciperent. Cerialis miraculo magis quàm metu direxit classem numero imparè, usu remigū, gubernatorum arte, nauium magnitudine potiorè. Is flumine secundo, illi uento agebâtur. Sic præuecti, tentato telorum iactu dirimuntur.

Ciuilis nihil ultrâ ausus, trans Rhenū cõcessit, Cerialis insulâ Batauorum hostiliter populatus, agros uillasq; Ciuilis intactos, nota arte ducū sinebat, cū interim fluxu autumnî & crebris pluuiis libus imbribus superfusus amnis, palustrè humilemq; insulâ in faciè stagni oppleuit. Nec classis aut cõmeatus aderât. Castraq; in plano sita, ui fluminis differebant. Potuisse tūc opprimi legiones, & uoluisse Germanos, sed dolo à se flexos imputauit Ciuilis. Neq; abhorret uero, qñ paucis post diebus, deditio insegura est. Nā Cerialis p̄ occultos nuncios Batauis pacè, Ciuili ueniâ ostētans, Velledâ propinquosq; monebat, fortunâ belli tot claudibus aduersam, opportuno erga populū Romanū merito mutare: Cæsos Treuiros, receptos Vbiros, ereptam Batauis patriâ, neq; aliud Ciuilis amicitia peractū, q̄ uulnera, fugas, luctus: exulē eum & extorrè, recipiētibus oneri: & satis peccauisse, q̄ toties Rhenū transcēderint. Si qd ultrâ moliant, inde iniuriâ & culpâ, hinc ultionē & deos fore. Miſcebant̄ minis, p̄missa, & cõcussa trāsſihenanoꝝ fide, inter Batauos q̄q; sermones orti, nō prorogan

dam u
orbis f
gionū
fiano
popu
neris l
Nori
ra, sed
ti. Et
mano
uulgu
arma
oppo
rent le
fariun
ma, ni
pæni
No
tuit, si
gnos a
baliq; f
Ciuili
derer,
bat. C
pra, à
obser
Hoc P
accitu
uētus
Flaccu
q̄ Muti
in Pam

dam ultro ruinã, nec posse ab una natione totius orbis seruitiũ depelli: qd pfectũ egede & incẽdijs legionũ, nisi ut plures ualidiores q; accirẽt: Si Vespasiano bellũ nauauerint, Vespasianũ rex potiri. Sin populũ Romanũ armis prouocẽt, q̄tam partẽ generis humani Batauos esse? Respicerent Rhætos Noricosq; & ceterorũ onera sociorũ. Sibi nõ tributa, sed uirtutes & uiros indici, Proximũ id libertati. Et si dñorum electio sit, honestiº principes Romanorũ, q̄ Germanorũ fœminas tolerari. Hæc uulgus. Proceres atrociorẽ Ciuilis rabie, semet in arma trufos. Illũ domesticis malis excidium gẽtis opposuisse, tũc infensos Batauis deos, cum obsiderẽt legiones, interficerẽt legati, bellũ uni necessarium, ferale ipsis sũmeretur. Ventum ad extrema, ni respiscere incipiant, & noxiĩ capitis pœna, pœnitentiam fateantur.

Non sefellit Ciuilẽ ea inclinatio, & puenire statuit, sup tædiũ malorũ etiã spe uitæ, q̄ plerũq; magnos animos infringit. Petito colloqo, scindit Nabaliẽ fluminis pons. In cuiº abrupta pgressi duces, Ciuilis ira cœpit: Si apud Vitellij legatũ defenderer, neq; factio meo uenia, neq; dictis fides debet. Cũcta inter nos inimica, hostilia ab illo cœpta, à me aucta erãt. Erga Vespasianũ uetus mihi obseruãtia: & cũ priuatus esset, amici uocabamur. Hoc Primo Antonio notũ, cuiº epistolis ad bellũ accitus sum, ne Germanicæ legiones, & Gallica iu uetus Alpes trãscenderẽt. Quæ Antonius absens, Flaccus p̄sens mouebat, arma in Germania moui, q̄ Mutianus in Syria, Aponiº in Mœsia, Fabianus in Pannonia.

¶ *Historicus Cornelius Tacitus*

64 **INSIGNIVM**

LOCORVM AC OPPIDORVM

BATAVIAE NOMINA,

à Lobeca arce, ubi Rhenus se in duo
uelut cornua diuidit, ad Ocea-
num usq; qui Britanniam
ab insula nostra
dirimit.



HVSSENVM, quod Rhenum la-
tissime præterfluentem habet. Ab
hoc oppido, nõ procul abest is lo-
cus, ubi Isela ex Rheno, septentri-
onẽ uersus fluere incipit. Hic præ-
terlabens Doefburgum, Zutfani-
am, Dauentriam, Hattenum, Campos, haud ob-
scuri nominis oppida, tãdem se mari (quod hodie
Die zu yr see, uulgo dicit) immiscet.

Nouiomagum, quod nonnulli **Numa-**
gam, alij **Neomagum**, quidam **Nouimagium** scri-
bunt, ciuitas libera, extra insulam ad **Vaalim** sita,
patria mihi dulcissima. In huius laudẽ sic olim
scripsi in **Satyris** meis:

O **Nouiomagum**, cui non certauerit ullus
Terrarum locus, & **Rhodos** & **celebris** **Mitylene**
Cedunt nanq; tibi, cedunt & **Thessala** tempe,
Te nemo annosæ redimitum robore quercus,
Aequans **Aonium**, cingit, fontesq; salubres

Quos a
Dulces
Allu
Regi
Arx
Ron
Olin
Ven
Tel
Ime
Her
Qu
Hi
Fla
Ni
Ob
E
mi
po
fo
ni
ad
E
ga
bac

Quos adamat Clarius, hic cādida turba Sororum
Dulces docta modos, diuina poemata cantat.

Alluit & placido te cursu Vualis ab arcto.

Regia te superis templa, & te manibus imis

Arx sacrata ornat, quam quondam milite caeso,

Romani statuere duces, in littore Vualis.

Olim grandiloqua surget, mihi credite, uates

Vena par priscis, cultro qui carmine ad astra

Te Nouiomagum tollet, fortesq; Barauos,

Imò, mox canere incipient Craneveldius atque

Henricus Barauus, canet & Mummellius ille,

Quem musæ Phœbusq; docēt Heliconis in antro.

Hi Nouiomagum laudabunt carmine, quali

Flaccus Tiburti pomœria laudat & undas.

Nil tamen hæc humili me prælibasse camœna,

Obfuerit, maiora alijs memoranda relinquo.

BATOBVRGVVS, in ora Gallica Mosæ im
minet.

TIELA, ad Vahalim olim nobilis Galliarum
portus, his uero annis, Burgundionum obsidione An. 1528
fortiter lata, nomen celebrius adipisci meruit.

BOMELIA salinarum, Vahalim muris mi-
nitantem aspicit.

DORESTATVM, quod Barauo durum olim,
ad Rheni ripã, ubi Lecca e ueteri Rheno profluit.

BVRENVVM, cum arce munitissima, quã Lin-
ga fluuius adlabitur, qui olim molarum fossa dice-
batur.

M
RVM
n duo
cas
a
henum la
nabet. Ab
lbeis lo
eprentri-
Hic præ-
Zutani-
zud ob-
ed hodie

Numa
am scri-
im sita,
sic olim
is
ylne
s
s

CVLENBURGVS, Lingam & Lectam
prospicit.

An. 1515

ASPERA, Lingam placide perstreptentem au-
dit, qui eam quoq; mutato nomine interfecat. uul-
go hæc pars, Amor dicitur, quem nos olim carmi-
ne celebrauimus. Hoc oppidum sub Carolo Gel-
driorum duce, a Burgundionum transfugis pediti-
bus diu oppugnatum, tandem fortissimis ciuibus
inter expugnandum ad unum casus, captū est. Hic
supra omnem Turcicam crudelitatem, in omnem
sexū, in omnem ætatem, in sacra, in prophana, igne,
ferro, libidine, defauitum est. Hoc excidium, duo-
rum nobilium equitum Batauorum & affinium, q̄
rum alter loci princeps erat, odium conflauit.

LERDAMMVM, aggerem ultra Lingam
obinet. Batauice em̄ *damm*, agger nominatur. hinc
Batauicorum oppidorum pleraque uocabula dedu-
cuntur.

HVCLENVM, citra Lingam, uetusta arce,
Herculanorumq; familia nobile.

GORICHEMVM, nō procul à castris Her-
culis, unā cum pagis aliquot uicinis, uetus nomen
hodie retinet. Ager enim Herculis dicit: Batauice,
Dat lande van Arfel. Horum castrorū sit men-
tio in charta illa uetustissima, quæ itinera Roma-
norum militum, ex prouincijs nonnullis, depicta
cōtinet. Hanc mihi ostēdit clarissimus uir d. Con-
radus Peutingerus, utriusq; iuris doctor, patritius
ac cancellarius nobilis Augustæ Vindelicorum, q̄
secundus a. Celte cognomine suo poeta laureato,
patriam suam totamq; Germaniā illustrare cœpit.

Paulur
hum, Val
richemu
renti, ac

DO
nonnul
Verifin
denum
trudis
toris.

VI
Rheni

VL

sitū, ur

honor

autem

scopal

tis illi

lica Tr

obus li

iectum

uitis de

lum na

ni Tra

pos, ta

ISE

tatum

MC

num d

diu pre

tudine,

lars de

Paulum supra hoc oppidum, ad arcem Louestcinum, Vahalis & Mosæ confluunt. Linga uero Gorichemum interfecans, Meruæ influit, Vahaliq; parenti, ac Mosæ affini coniungitur.

DORDRACVM, clarissimum oppidum, nonnulli extra insulam olim fuisse contendunt. Verisimile tamen est, Batavorum fuisse, sicut Hofdenum, VVorchemū, & montem qui sanctæ Gertrudis dicitur, cum nonnullis alijs pagis Gallici lit toris.

VIANA, citra Leccam, in prospectu traiectus Rheni.

VLTRAIECTVM, in ipso Rheni traiectu sitū, urbs nobilis. Huius Beda in gestis Anglorum honorificam mētionem his uerbis facit: Pippinus autem donauit VVilibrordo, locum cathedrę Episcopalis in castello suo illustri, quod antiquo gentis illius uocabulo VViltaburgus, lingua aut Gallica Traiectum uocatur. Memini me legere, in duobus libris scriptis ante sexcentos annos VViltraiectum & Vltraiectū. In huius urbis Episcoporum uitis describendis, Itali scriptores lapsi sunt. Nul- lum nanq; discrimen inter Mosæ Traiectū, & Rheni Traiectum faciunt, & duarum urbium Episcopos, tanquam unius, recensent.

ISELSTEINVM, uicinatorum odijs nobilitatum.

MONDFORDIA, Hanc Albertus Saxonum dux, quum graui admodū obsidione aliquant diu pressisset, capere non potuit. Tanta enim fortitudine, non solum uiri, sed & fœminæ, se patriosq; lares defendebant.

VVORDA, Ioannis Pistorij narale solum.
 VETERES AQVAE.
 SCHONHOVIA.

GOVDA, a cognomine riuo dicta, Vuilhelmī
 Hermanni, poetæ & historici, patria.

ROTERODAMVM, ad Mosam situm, Rote-
 ram quoq; habet influentem. Hanc Desiderius Era-
 smus, uir undecunque doctissimus, sole clarius illu-
 strat.

SCHIEDAMVM, a Scheia fluuio nomen ha-
 ber.

VLARDINGA, siue VLARDINGIACVM,
 uetustissimum oppidum in ea insulæ parte, quæ ad
 Oceanum uergit.

DILFI, ab aqua per fossam oppido inducta, no-
 men sortiuntur. Fossam enim uulgus Dilffī uocat.

An. 1514

HAGA Comitum, non tam senaru amplissimo,
 quàm hoste Geldrio excursionem eousque facien-
 te, nobilis.

LEIDA, amœnissima ciuitas apud ueterē Rhe-
 num, multa antiquitatis monumenta possidet.

Habet præterea hæc insula, arces, uicos, pagos cul-
 tissimos, habet fossas quoq; lacus, riuos nauigabi-
 les atq; piscosissimos, quorū nomina recensere, oci-
 osi hominis forte uideretur, licet ego hoc decore fa-
 ctum cuperem.

Miraberis fortasse lector, q; nullam hic præclaro-
 rum oppidorū, Harlemi, Alcmariæ, Amsterdami,
 Hornij, Enchusæ, Medenblicæ, & ceterorum in eo-
 dem tractu, mentionem faciam. Verum scias me re-
 ligione quadam absterritum, ne quid affingerem,
 quod ueteres scriptores, Barauic non adscripserūt.

In libro
 rarum a
 legitur,
 ga, quæ
 ales, ad
 lemos
 Vrina
 rum e
 cuntu
 hodie
 uiros.

quos
 legēc
 N

BA

In libro enim camerae Traiectensis (ita uocant literarum antiquarum priuilegiorumque recepraculū) legitur, quod septentrionalis haec Hollandiae plaga, quae continet septuagintaduas ecclesias parochiales, adscripta sit Vuestfrisiis. Nonnulli tamen Harlemios & finitimos, Canenifates esse contendunt. Utinam haec tam facile testimonijs ueterum autorum et diplomatis uetustis approbari possent, quae dicuntur. Habuit autem, habetque haec Hollandiae (ut hodie loquimur) pars multos eruditione clarissimos uiros, inter quos celebres sunt:

Gerardus Sebastianus,
 Ioānes Harlemius theologus,
 Quirinus Talefius,
 Alardus Amsterodamus,
 Nicolaus Cannius,
 Cornelius Crocus,
 Ioannes Sartorius:

quos oro, ut his meis collectaneis addant, quae ipsi legēdo de communis patriae laudibus obseruarūt.

NOMINA REGVM

*ac principum Batauorum, quae in
 hanc usque nostram aetatem de-
 ducere studui.*

BATO, Cattorum regis filius, primus Batauo-

solum.

Vuilhelmi

um, Rote-
 dierius Era-
 rius illu-

nomen ha-

IACVM,
 re, quae adducta, no-
 liti uocat.
 ipfissimo,
 e facien-re Rhe-
 idet.igos cul-
 uigabi-
 ere, oci-
 core fa-traclaro
 erdami,
 m in eo
 yme re
 erem,
 serūt.

rum rex. Hic Nouiomagi arcem, quæ Magum siue Magium dicebatur, innouauit. inde Nouiomagum partim Latino, partim Germanico sermone, deductum est.

HESSVS, Batonis & Reicheldinnæ (uulgius Richilden uocat) filix Menapij Tungrorum regis, filius. Iste natale solum Nouiomagum, domibus auxit & exornauit.

CARIOVALDA, Batauorum dux.

BELLINVS, Batauorum rex.

ADMIMOCINVS, huius filius, ad C. Casarē transfugit.

BRENNO, Bellini filius.

IULIUS PAVLVS.

CLAUDIUS CIVILIS.

CLAUDIUS LABEO.

IULIUS MAXIMVS.

CLAUDIUS VICTOR.

Qui uero à Vespasianorum Augustorum temporibus, ad Carolum usque Martellum, insulæ præfuerint, nominatim recensere, præsertim in tanta religionis mutatione, tot exteris nationibus incurrentibus, factu fuerit difficilimum.

CAROLVS MARTELLVS, nobilissima matre Baraui natus, fortissimis equitibus Baraui sanguineis suis adiuuantibus, bellica gloria maximis orbis principibus adnumerari meruit.

PIPPINVS Martelli filius, ex duce, Francorum rex factus est.

CAROLVS MAGNVS.

LVDOVICVS PIVS.

CAROLVS CALVVS. Hic Batauorum insu-

Iam prim
co inferi
res origi
Romar
ad temp
derico
rex int
drioru
omag
is nihi
cessit.
RE
RE
mus C
RI
EI
V
RI
AF
di ori
Geldr
hos a
mus N
non se
AD
tus, ta
fœta
ut sel
nem,
C
etc. fili
nacum

Iam primus discernere cœpit, ex tero Comite aulico inferioribus Batauis p̄fecto, a q̄ Holladiæ comites originē ducunt. Superior uero insulæ pars, sub Romanis imperatorib. & Augustis libera mansit, ad tempora usq; Gulielmi Hollandi, q̄ uiuente Friderico II. Augusto, p̄tifficia factione Romanorū rex inunctus est. Is Othoni huius noīs tertio Geldriorum comiti Nouiomagum & quicquid Nouiomagorum iussis parebat, tantæ ciuitatis priuilegiis nihilo mutatis, pignoris loco occupandum concessit. Huic Othoni successit

REYNALDVS, primus huius nominis.

REYNALDVS secundus, ultimus comes & primus Geldriorum dux.

REYNALDVS tertius.

EDWARDVS.

VVILHELMVS Geldriæ & Iuliæ dux.

REYNALDVS quartus.

ARNOLDVS, ex filia filię sororis q̄rti Reynaldi originē trahens. hic Nouiomagis adnitentibus, Geldriæ dux declaratus, non admodum grato erga hos animo fuit. Iugum enim quod nepos gratissimus Nouiomago tandem imposuit, ille imponere non semel tentauerat.

ADOLFVS, oibus optimi principis dotibus p̄ditus, tandē cogente magna nobilitatis parte, matre sc̄ia nobilissima nō dissuadēte, Nouiomagis etiā, ut sese ulciscerent, impellētibus, patrē Arnoldū senem, arci Burenix vij. annis includit, ducemq; egit.

CAROLVS Adolphi ex filia ducis Borbonij etc. filius, cæso pro Flandris apud Neruiorum Tornacum patre, post multa pericula in Geldriorū du-

F iiij

Magum siue
ouiomagum
mone, dedu-

e (uulgus Ri-
um regis, fili-
tomibus au-

C. Cæfari

tempori
æ præfue-
nta reli-
curren-

ma ma-
uis cō-
ia maxi-

ncorum

imū

cem inauguratus est. Hic multis annis patriam au-
tamq̃ hereditatem, contra multos principes bellan-
do, multis prælijs, non minus fortiter quàm felici-
ter non modo turatus est, uerum etiam haud medi-
ocriter auxit. Horum Comitum & Ducum histori-
am, alteri operi referuamus.

NOMINA CLARO

rum scriptorum Batauiæ, ex libris

Nouiomagi de uiris illustribus

inferioris Germaniæ.

Frācisus Cranefeldius Nouioma-
gus, utriusq̃ iuris doctor.

Theodoricus Bornius Nouioma-
gus, theologus.

Ioannes Henricus Batauus, Nouio-
magus, rhetor.

Ioannes Bronchorstius Nouioma-
gus, rhetor, mathematicus ac philo-
sophus.

Gerardus Moringus Bomelianus,
theologus.

Hēricus Gorichemius, theologus.

Vuïlhelmus Vianensis, theologus.

Hadri-
nu

Gisbo

Lā

di

Chri

h

Corr

st

Vui

n

Her

Iacol

Rey

st

Defi

th

Aeg

g

Iodo

u

Ioann

Vuill

Hadrianus Florentius Ultraiecti-
nus, theologus, ac Papa Romanus.

Gisberechtus Longolius (uulgo a
Lägeraick) Ultraiectinus, doctor me-
dicus, & rhetor insignis.

Christophorus Longolius Schon-
houianus, orator.

Cornelius Aurelius Goudanus, hi-
storicus & nobilis uersificator.

Vuillhelmus Hermannus Gauda-
nus, poeta & historicus.

Hermannus Gaudanus, theologus.

Jacobus Gaudanus, uersificator.

Reynerius Snoius, medicus & hi-
storicus.

Desiderius Erasmus Roterodamus
theologus undecunq; doctissimus.

Aegidius Dilfus, poeta ac theolo-
gus.

Iodocus Sasboldus Dilfus, poeta &
utriusq; iuris doctor.

Ioannes Dilfus, grammaticus.

Vuillhelmus Hagiensis, primus po

eta Comicus in secunda Germania,
Cornelius Honius, iurecōsultus ac
theologus.

Martinus Dorpius Naeldicenus,
poeta & theologus.

Engelbertus Leidenfis, uersificator
& grammaticus.

Nicolaus Leontius Leidēfis, gram
maticus.

Petrus Blomeuenna Leidenfis, the
ologus.

CHRYSOSTOMVS

NEAPOLITANVS

Comiti Nugarolo

S. P. D.



AUE dubites mi Comes ornatissime,
Vlyfsem illum, cui primas eloquentiæ
ac prudentiæ Homerus tribuit, uaftrum
omino & multifcium uirum fuiſſe: ue-
rum ſolertia illa conſilia, & callida ua-
framēta, quibus e tot pelagi terræq; periculis emer-
ſus, & Circes pocula, & Sirenum cantus effugit,
ea ne credas (ut poeta fabulatur) à Pallade illi fug-
geſta, & ut ita dixerim, in aurem inſtillata, ſed ad
unam animi prudentiam & plurimarum rerum pe-

ritiam, &
omnia ſ
rum ſul
iſſe, qui
eum no
eri, ſed
xilio &
omnia
legeri
habue
meum
perlu
bentiu
quia f
dia, q
bland
barba
inqua
to nur
mula
placeo
mi Co
cenſue
tam ua
& ad n
Sed eg
quibus
ram, &
ra narra
egre ad
beam, q
nerer.

ritiam, quam diuturna illi pepererat peregrinatio, omnia scias esse referenda. Idq; ad summam Homerum sub illo fictionis suæ inuolucro innuere uoluisse, qui mores hominum multorum uidit & urbes, eum non modo prudentem ac sapientem uirum fieri, sed assiduo ipsius Palladis, hoc est, sapientiæ auxilio & p̄sidio, terra mariq; tutum reddi. Hæc adeo omnia ita esse, si quis unquam fuit, qui ratione collegerit, si quis re ipsa & experimento compertum habuerit, in his ego plane iam nomen profiteor meum. Nam postquã à te profectus, Olandiæ oram perlustrauī, (sic enim eam recentiore uocabulo libentius, quàm ueteri Bataviam appellauerim: tum quia fortasse non est omnino eadem nunc Olandia, quæ olim Batavia fuit: tum quia mollius, & blandius nescio quid, & ut uerum fatear, minus barbarū sonat Olandia quàm Batavia) postquam inquam Olandiæ oram perlustrauī, dii boni, quanto nunc mihi ipsi factus uideor sapientior, quàm multarum rerum peritior, quanto nunc mihi ipsi placeo magis. Tu ipse ni me agnosceas, si uideris mi Comes, si loquentem audieris, longe alium esse censueris, quàm eum qui antehac fui. Tam multa, tam uaria didici ad rationem uiuendi conducibilia, & ad multarum rerum usum in primis necessaria. Sed ego summa rerum fastigia perstringam tibi, quibus & totius regionis situm, & urbium posituram, & instituta uiuendi leuiter collineabo. Cætera narraturus coram præseruo mihi, ut (id quod p̄egre aduenientes facere solent) aliquid in reditu habeam, quo te tanquam munusculo quopiam munerer.

OLANDIA om̄is (sicuti ego ab incolis in-
 ellexi) passuū ambitu fere septuaginta mil-
 lium continetur: eam à Septentrione ac Ori-
 ente magna pro parte Oceanus, ab Occidēte, bicor-
 nis Rhēnus adluit, à meridie, quæ nūc dicitur Gel-
 ria, olim, ut multi uolunt, Sicambria terminat. Ter-
 ræ natura eiusmodi est, ut ab Oceano ad interio-
 rem partē sit paulo deuexior, sed Rhēnus accepto
 Mosa, multisq; alijs fluminibus, licet bipartitus, &
 murato nomine in mare in fluat, tanto tamē aqua-
 rum fertur impetu ac magnitudine, ut Oceanum
 ipsum longe propellat, & tam influens, quàm refu-
 ens supra triginta millia passuum inundet, ac alteri-
 us pene maris speciem reddat. Quinetiam ueluti
 à uastioribus aquis indignetur absorberi, cum Oce-
 ano tam diu luctatus, ab omni, quod supra memo-
 rauerimus, pelago illius amarorem excludit. Qua-
 propter iratus ille, ut opinor, abhinc tres & nona-
 ginta annos licentius egressus fines, magnā Olan-
 diæ partem, & in ea duos supra septuaginta pagos
 immerfit, e quibus oībus unum tm̄ infantē elaplum
 natu grandiores affirmant, & cū eo felem, ut in ijs-
 dem forte cunis uterq; inuēras innatauit. Heu rem
 dictu, nedum uisu miserabilē. Enauigauī ego, nec
 paruo qdem nauigio, loca illa, q̄ adhuc extāt quæ
 meminerint, aratris olim p̄scissa, & ferratis peruia
 plaustris. Visunt adhuc multis in locis turriū cacu-
 mina, quæ tanq̄ aliqua sepulchrorum monumen-
 ta, cadauera ibi oppidorum ab aquarum gurgiti-
 bus tumulari, prætereuntes commonent. Hæc ma-
 ria sic Olandiam ambiunt, sic passim inter fluunt, ac
 per crebras fossas, & canales intermeant, ut fascia-

sim, mo-
 dam dit-
 est, que
 que usq;
 ma, est
 re nor
 sunt, t
 cōme
 aut c
 to pa
 tribu
 quos
 aliuc
 sting
 in ac
 stria
 cinē
 neq;
 dan
 gali
 uert
 bes
 cinci
 gio
 uico
 de ir
 os.
 ra id
 stifi
 es, ur
 mult
 tijsq;

tim, modo aquæ, modo terræ ueluti zonis quibus-
 dam distincta cernatur. Neque urbs ulla pagus ue
 est, quò non curru pariter & mari possis duci. Ne-
 que usquam in tota regione, quantumuis penitissi-
 ma, esse possis, unde trium horarum spatio ad ma-
 re non posses excurrere. Loca fere omnia palustria
 sunt, non tñ inuia, ut nò inaquosæ uia qua currus
 còmeant, suggestis ut plurimū aggeribus, nò silice
 aut coctili latere, sed q̄drato cespite in ordinē posi-
 to passim stratae, hinc atq; hinc aquarum fossæ lin-
 tribus ac nauigijs innatantur. Tum crebri illices, in
 quos excrecentes aquæ deriuantur, paludosa & uix
 aliud, præter q̄ pecori pabulum subministrantia, di-
 stinguunt arua. Mortales ipsi æque propemodum
 in aquis, ac in terris degunt, ita ut amphibia q̄ terre-
 stria animalia uerius dixeris. Vrbes fossa & muro
 cinctæ, duodecim perhibentur. Pagi & uillæ, quæ
 neq; magnitudine, neq; cultu, quibusuis oppidis ce-
 dant, supra sex & triginta. Tum uici, cõpita, & ma-
 galia, sic passim interiecta, ut uix quoquam oculos
 uertas, ubi nò aliquod ædificij occurrat genus. Vr-
 bes ipsæ plenis aqua fossis, & lateritijs mœnibus
 cinctæ sunt. Nam saxi & topi experts omnino re-
 gio est. Tum amplissimos ac adamussim dimensos
 uicos habent, & eos quidem glareæ, nauigijs aliunde
 inuecta, stratos, nulli luto, nulli ceno obnoxio-
 os. Curia, prætoria, templa, xenodochia, & cæte-
 ra id genus publica ædificia, plerisq; in locis augu-
 stissima: priuatarum ædium una fere omnium faci-
 es, una structura est. lateritijs parietes in altum haud
 multum assurgunt, sed in acuminatam formam, pin-
 nisq; quibusdã ad decorē distinctam, desinunt. In-

in colis in
 tagina mil-
 rione: Ori-
 cidere, bico-
 edicim: Gel-
 rminat. Ter-
 ad interio-
 nus atque
 ipartus, &
 tamè aqua
 it Oceanum
 quàm reflu-
 det, ac alie-
 riam ueluti
 ri, cum Oce-
 ipra memo-
 uidit. Qua-
 s & nona-
 gnã Olan-
 na pagos
 elaplum
 ut in is-
 Heu rem
 i ego, nec
 xiat, quæ
 ris perua-
 riu cacu-
 onumen-
 gurgiti-
 fæ: ma-
 unt, ac
 talia:

tus e regione ostij (nā inferiora aediū fere oēs in-
 colunt) abacus & paries ipse aduersus, grādiōribus
 ex nitenti ære peluibus & peltris (ut aiūt) oisq; ge-
 neris lancibus & poculis instructi, prætereuntium
 oculos ad spectandū inuitant, ac radianti quodam
 fulgore luminum aciem peñe perstringunt. Bone
 deus, quis uasorum nitor, quis lectulorū, quæ men-
 sarum lautitia, quis mantilium, quis mapparū can-
 dor: qui sedium ornatus, quæ denique parietum,
 quæ soli, quæ rerum omnium cæterarum mundi-
 tia: Cœnaculorum, diætaram, cubiculorum uel pa-
 uimenta leui aspergunt arenula: ut si aliquid in ea
 immundum casu aliquo decidat, si cœnosa fortasse
 cuiuspiam uestigia in ædes inferantur, fœdari pa-
 uimenta nō queant, sed uerri scopis e uestigio for-
 des facilius possint, antequam solo inhæreant. Ho-
 minum genus, ut plane inspexisse uideor, maxime
 industrium & negociosum, sed uersutum & calli-
 dum. Addo etiam effedarios, qui currulem uectā-
 tionem exercent, subdolos, & in aduenas præfer-
 tim, lucelli cuiuspiam captandi gratia fraudulen-
 tos. Mulieres ut pulchræ, ut lacteg, ut simplici mun-
 ditia omnes: ita partim mercaturæ pertractandæ,
 partim lanificio aut linificio potius, dies & noctes
 intentæ. Victus omnibus parcissimus est, secunda-
 rio pane aut lacte macerato, aut butyro leuiter ob-
 lito uitam ducunt. Tum si quando se uolunt inui-
 tare unctius, aut bubulas, aut ouillas carnes pridie
 coctas, & in sextum interdum diem seruatas, appo-
 nuur. Has ego intuens, auerti statim iubebam. Vi-
 debar enim inspicere semilacerum, & ut tu festiuis-
 sime dicere soles, quatruiduanum aliquod cadauer e

sepulch
 stum. E
 larū lac
 dam cō
 dos, q
 urunt
 perlu
 ram. I
 cui nō
 & re
 Cum
 teras
 illi^o i
 scebi
 ris al
 caul
 stran
 aedi
 calu
 diui
 fusu
 ager
 lius
 eius
 am r
 lum
 Era
 defa
 lā ar
 quæ
 actur
 conti

sepulchro aut scalis gemonijs ad mensam pertractum. Bucularum & equarum ingens numerus, illarū lacte non magis alūtur, q̄ ingentes caseos quōsdam cōficiunt. Equarum seruitio ad currus trahendos, quorum in Olandia frequens usus est, magis utuntur. Hęc ego regionem fere totā sex diebus perlustravi, aut percurri potius. Sed audi rem miram. Est ibi urbecula quædam apprime concinna, cui nomē est Rotterodamo, in eam & proficiscēs, & rediens, duabus noctibus sum diuersatus.

Cumq̄ miro quodam studio diligentius illam q̄ ceteras pertractarem, nescio quo pacto factum est, ut illi⁹ intuitu uix mihi oculi possent expleri. Cognoscebam sane illam, & magnitudinē & opibus multis alijs cedere, occultioribus tamen nescio quibus causis, ea mihi placebat impensius. Mœnia, portæ, strata uiarum arridebant mihi. Parietes ipsi, tectā, ædificia oīa ultro mihi uidebantur adulari, cœniq̄ cælum illud nitere purius & aura spirare nescio quid diuinius. Vernari propinquus ager, tepere circumfusus aer, herbæq̄ ipsæ, ac salicta, quibus Olādinus ager maxime confitus est, olere nescio quid amabilius uidebatur. Dum id stupeo mecum, & causam eius rei tacitus quero, atq̄ uestigo, tandem cuiuspiam relatu cognoui, ea in uibe auras primi hausisse luminis, primū illud latine atq̄ atticæ linguæ lumē Erasimum: agnoui extemplo hinc illud cæli nitere defæcatus, hinc illos aeris uernos tepores, hinc illā arborū, herbarū, locorū olenitiā tam suauē. Vali quāto repente pfusus sum gaudio, q̄ bene mecum actum censui, cui fortunatum illud solum intueri contigerit, quod fortunatum ac salutare illud Ger-

mania: fidus aliquando protulisset. Veneratus igitur loci genium, urbis mœnia ter & quater exosculor: tum pijs quibusdam conceptis uerbis, nutricule illius diuini hominis urbi bene precatus, uix inde pedem extuli. Sed cum postremo ad illam Oceani partem peruenissem, quæ haud procul ab Harlemon urbe infremens, magnis arenarum cumulis longe lateq; campos replet, e curru statim profiliens, Oceanum patrem rerum salutauit. Sed ubi tam dirum Olandiæ uitricum illum fuisse animo subiit, q tot oppida, tot ædificia, tot mortales, uno haustu absorbit, magnis eum cõuicijs & immanibus diris sum execratus. Deinde quãtam rem egerim, diu mecum contemplatus, quod homo iam sexagenarius, a Lucanis usq; in Italia ortus, ad extremum illum orbis terrarum limitem uenerim, tot montes, tot syluas, tot flumina tranans, tot terras, tot maria emensus, tam audax, tam memorabile facinus dignũ censui, quod aliquo posteris monumento testificatum relinqueretur: ac sicut Hercules quondam iter, erectæ ad Gades in Atlantico mari columnæ: Alexandri expeditionem, ad Caspias portas positæ aræ: Pompeij arma ad Pirlheneos montes illata, defixæ identidem columnæ testantur: Sic & nostros quoq; tam longæ uia: labores, & tam magnos ausus, insigne aliquod monumentum memoriæ hominum commẽdaret. Qui enim magis meruerint prædones illi hostes humani generis, suum ipsorũ nomen illustre ac æternum fieri, q̃ ego meum: cum illi regnandi libidine, ac propagãdi per fas & nefas imperij auiditate, quætos & infantes populos uexare bellis, cædibus, rapinis, incendijs omnia uastare, ac diuina & humana

permisc
 dio, ac e
 desse p
 picula.
 abest u
 ut uel
 pertia
 diem
 fulen
 angu
 ris ne
 cumu
 ac dif
 iunce
 uersil
 Erex
 Parth
 Ri
 tra ta
 tis fir
 Ocean
 ad ips
 bus da
 niuere
 mont
 tutos
 libell
 intern
 uat rel
 quicqu
 rite po
 diutius

permiscere non ueriti sint. Ego uidendi tantum studio, ac ea perdiscendi, quibus & mihi & alijs prodesse possim, tantum uix percurrerim, tam multa picula, tam multos labores exhauserim. Tantumq; abest ut indigenas quospiã in festem aut expilem, ut uel illorum plerisq; pecuniolam meam ulro impertiam, dum precio mihi hospitium & uictum in diem paro. Iure igit̃ æternitati nominis nostri consulendum statuens, pro copia rerum & temporis angustia, cum in arenarijs campis illis, neq; marmoris neq; æris ulla daretur facultas, ingentem arenæ cumulum congero: eum uiridanti cespite munio, ac dispositis circumquaque in ualli modum crebris iuncorū manipulis sepio, tum rem ipsam duobus uersibus signo:

Erexit molem Chrysofostomus, urbis alumnus
Parthenopes, studio qui hæc littora adusq; uidēdi.

Rides fortasse me, qui tam imbecillum opus contra tam uastas æquoris ac uentorum procellas, factis firmum putauerim. Ne mirere, ab ipsis Olandis Oceani accolis, exemplum cepi. Villas illi habent, ad ipsas undarū fauces positas, eas ibi sepiculis quibusdam ex simplici stipula uel iunco intextis muniuere, illarum obice contra præruptos undarum montes & terrificos Oceani fluctus se satis superq; tutos putant. Sed ego, mi comes, pro epistola iam libellum ad te do: dum longo literarum alloquio intermissæ consuetudinis nostræ iacturam me iuuat refarcire, dumq; tecū partiri bona fide studeo, quicquid ipse de Olandia properatibus oculis haurire potui. nam ne omnia oppida circumirem, ne e diutius usquam immorarer, pestilētia quæ plerisq;

in locis grassabatur, prohibuit. Vt cunq; tamen, ijs
 totis mensibus sexdecim, quibus domo absum, cari-
 didiores mihi sex dies illuxisse uix meminerim, si te
 socio, ut cōpositum inter nos iam pridem fuerat,
 mihi hanc oram peragrare contigisset. Tua enī sua-
 uissima consuetudo, disertissimi sermones, & acutis-
 sima dicta, minus mihi laboriosam uestationem,
 & longe meliorē uiam effecissent, præclarissimoq;
 isto ingenio tuo, singulari doctrina & exactissima
 diligentia, inuestigasses, collegisses, annotassesq;
 multo plura. Sed quoniã aliter fieri nequit, donec ti-
 bi per teipsum enucleatius satisfeceris, esto mecum
 contentus ijs, quæ nos pinguiori quadam minerua
 collegimus. Si quid tamen interea (ut omnium bo-
 narum artiū es curiosus) ab illo Sebastiano cosmo-
 grapho didicisti: fac tu nos uicissim edoceas, ut uter-
 q; nostrum in commune (quod amicitia in primis
 munus est) æque alteri ac sibi consuluisse uideatur.
 Vale.

NOVIOMAGVS LE CTORI, S. D. P.

IN his doctoris Listrj syluis, habes doctā belli pa-
 cisq; descriptionē: habes boni principis exactā ima-
 ginem: habes præterea ueras magnorū principū, Phi-
 lippi Burgundiæ ducis, cognomento Boni, patris
 Caroli, Dauidis, Philippi, Burgundionum filiorū,
 laudes. His additur aliq; præclarorum oppidorum se-
 cundæ Germaniæ, admodum elegans commenda-
 tio. Quæ tibi lector cādide non ingrata fore spera-
 mus. Bene uale. Datæ in academia Marpurgiaca, q̄
 præclaræ Viennensis academias libertatibus, priu-

legijs, in
 his ann

OE

Rhe

Tr

P

V

Hano

Sed d

Imp

Esse:

Prop

Cæli

Atq;

Maiu

Qual

Qual

Qual

Innu

Quiq;

Perq;

Quor

Atq; le

legijs, immunitatibus à Cæsarea Regiâq; maiestate
his annis exornata est.

GERARDI LISTRII
Rhenensis carmen, quo gratulatur
Traiectensib. aduentum Philippi
principis prudentissimi, recens
in Episcopon electi.

VT pater æthereus cælum terramq; creauit,
Alterius fretus nullius numine, sic &
Hanc molem posset per se rexisse creatam.
Sed deus ut summe bonus est, ita mobilis orbis
Imperium causis uoluit commune secundis.
Esse: bonum regnū siquidem quiddā esse uidetur.
Propterea sicut cælestia corpora uolui
Cælicolis uoluit, sic terram liquit habendam
Atq; gubernandam tetrenis, in quibus esset
Maius uirtutis specimen, mentisq; decoræ.
Qualis erat Ianus, uini cognomen adeptus:
Qualis Creteis Minos regnabat in oris:
Qualis erat Dauid, qualis Dauidica proles:
Innumeriq; alij, qui per Gangetica rura,
Quiq; per Euphratē, per Tigridis, & per Orontis,
Perq; Paratonij regnarunt iugera Nili.
Quorum uirtutes uidit Carthago bilinguis,
Atq; leues Numidæ, necnon Getula propago.

nam, in
abulum, can-
mineim, si te
idem iuerat,
i. Tu enim iua-
nes, si acutis
reclationem,
eclarissimog
exactissima
annotallesq;
quit, donec
esto mecum
lam miment
omnium bo
iano cosmo-
locas, ut uer-
tia in primis
isse uideatur.

LE

estā belli pa-
exactā ima-
incipū, Phi-
Boni, patris
num filiorū,
pidorum se-
commenda-
fore spera-
purgata, q;
bus, priu-

Vt raceam Hispanos, Celtas, Græcos, Italosq;
 Hi sunt quos uita functos sibi numina fecit
 Posteritas, quodrumq; tulit super ardua nomen
 Sidera: grata quædem non immemor illa bonorum.
 Horum sunt similes, quis secula nostra fruuntur,
 Magnorumq; instar celebrant deamantq; deorum,
 Fulmina bellorum mirantia, commoda pacis.
 Est talis Cæsar Germanæ gloria terræ,
 Sub quo libertas ueterum uiget illa Quiritum
 Inter Germanos, uirtusq; repullulat omnis.
 Talis & est Carolus, sub quo Burgundia bellat
 Militat, imperium cuius percurrit in oras
 Trinacrias, & in Oceani glacialia stagna,
 Occiduas ultra Gades, Garamantes & Indos.
 Talis & est summo prognatus rege Philippus,
 Burgundæ pars magna domus, Mauortis atrocis
 Artibus instructus, sed amans plus oia pacis.
 Ergo Diocæsis tibi si congratuler illum
 Iam pridem paribus ^{ἰσφωρισ} in episcopon esse
 Electum, id fecisse bono uideor mihi iure.
 Nam nihil humano generi præstantius esse,
 Donari uel potest diuorum munere iusto
 Principe, qui est commune bonum, soli q; comant
 Persimilis: quippe ut chelas subeunte minaces
 Sole, suis folijs arbor uiduatur opacis,
 Graminibus campi spoliantur, frugibus agri,

Alitibus
 Flumina
 At simu
 Gramin
 Alitibu
 Flumi
 Quæq;
 Sic sim
 Cunct
 Dirant
 Et fera
 Qui si
 Scand
 Omni
 Præse
 Siue M
 Seu Ne
 Pernic
 Occult
 Ergo f
 Donat
 Præpo
 Sic Sau
 Sic fuit
 Scilicet
 Dirigit

Alitibus saltus, & odoris floribus hori,
 Flumina torpescunt, squalescunt omnia rura:
 Ast simul ouiparæ subijt sol pignora *Ledæ*,
 Graminibus campi decorantur, frugibus agri,
 Alitibus saltus, & odoris floribus hori,
 Flumina defugiunt, hilarescunt omnia rura,
 Quæq; suis folijs arbor uestitur opacis:
 Sic simul ac bonus effulfit fausta alite princeps,
 Cuncta renidescunt, uirtutum germina crescunt,
 Dirantur ciues, musæq; per oppida florent,
 Et fera belligeri clauduntur limina Iani.
 Qui simul ac raptus terris immobile cælum
 Scanderit, attonito languescunt omnia luctu,
 Omnia squalescunt, tabescunt omnia luctu,
 Præsertim si laudato succedere cœpit
 Siue *Mydas* aliquis, *Busiris*, siue *Lycaon*,
 Seu *Nero* fulmineus terræ totius amara
 Pernicies, qualis solem *Oceanide* *nympha*
 Occultante, subit nigris nox horrida pennis.
 Ergo fac ingentes tali pro principe grates
 Donato referas superis: nam numina terris
 Præponunt reges splendentes murice & auro,
 Sic *Saul* antiquis legitur præfectus *Apellis*,
 Sic fuit & sacro *Dauid* ceromate tinctus.
 Scilicet ipse deus mundum causasq; secundas
 Dirigit, illius, quicquid fit, numine sancto

Perficitur. manibus diuinis omnia subsunt,
 Corda ducum ille tenet, p̄ eū sua regna gubernant,
 Imperitantq̄ duces. nihil est Nemesis, nisi nomen,
 Aut si quid placeat fortunam dicere, motum
 Numinis, immotum quod fatum dicitur esse,
 Dixeris. hæc fidei certe est sententiã nostrã
 Consona, sed nugis Epicuri aduersa profanis,
 Ergo agendum dignas diuis persoluere grates
 Nitere pro tali donato principe, quali
 Nil maius uoto posses optare procaci:
 Cuius (ni genij præduri conscius essem,
 Deterit igna uo uitio qui splendida gesta)
 Heroo optarem percurrere carmine laudes,
 Quanq̄ quorsum opus est, eius describere laudes,
 Quas declararunt tua fat suffragia, concurs
 Consensus: Vis ò princeps ter maxime laudes
 Agnouisse tuas: (ad te mihi sermo, pudore
 Discusso, uertendus enim est) præconia uera
 Agnouisse liber: suffragia consona cernē
 Primorum, sibi te concordii uoce legentum
 Ductorem ac una clamantum uoce Philippum,
 Quæ maior laus esse potest, quæ uerior, oro,
 Quàm tot ab ordinibus concordii uoce probari:
 Illis ante oculos obuersabatur imago
 Istius ingenij, quod ut auersatur Enio
 Funestam, campos undantem sanguine fuso

Et car
 Sielæ
 Ignef
 Siens
 Nar
 Nur
 Illis
 Mit
 Ind
 Sua
 Que
 Car
 Vi E
 Illo
 Qu
 Im
 Vng
 No
 Seru
 Tar
 Tar
 Tar
 Sæp
 A C
 Hau
 Disg

Et canibus rabidis peius Libycisq; Ceraftis,
 Sic læsum ac irritatum Mauorte feroci
 Ignescit, iaculans flammam fulmenq; trifulcum.
 Sic non est lentum, non impete præcipe fertur.
 Nam lentū præcepsq; nocet, sed utrinq; remotum,
 Nunquam non prodesse potest patriæq; sibiq;
 Illis ante oculos obuersabatur imago
 Mitis Dauidis, quem mansuetudine tanta,
 Indole tam placida cognorant, ut superarit
 Suaue Titi ingenium, Traiani mitia corda.
 Quem tam pacifice uiderunt frena tenere
 Candida maiorum nostrorum secula, nullus
 Ut belli strepitus turbauerit ocia pacis
 Illo, iuxta orbi charo superisq;, regente:
 Quippe uidens bellum tantum decuisse feroces
 Immanesq; feras, natura quibus dedit arma,
 Ungues, fulmineos dentes & cornua adunca,
 Non homines, quos ad pacem natura beatam
 Seruandam, duris armis uiduauit, & istud
 Tam blandū dedit os, dedit & tam lumina blanda,
 Tam mitem uocem, tam brachia mollia finxit.
 Tam magno studio quærebat commoda pacis,
 Sæpius ut nummis precibusq; redemerit illam
 A Caribus, possit quos profligare secundo
 Haud dubie bello, nisi flebilis alea Martis
 Displicuisset ei, nec non uictoria multo

Constatuſa ſua diſfuſo ſanguine gentis.
 Nec nummos illos populo extorquebat egeno,
 Quod ſolenne fere nunc eſt quibus aurea torques
 Lactea colla tegit, quos Serum uellus & oſtrum
 Sidonium uelat: proprijs ſed prompſit ab arcis,
 Se ſat felicem, ſe ſat ducens opulentum,
 Si ſibi ſubieſtum ditaret rite popellum.
 O uerum patrem patriæ, compendia plebis
 Qui ſua luca putat, qui tum demum ſe opulētum
 Aſtimat, effuſis arcis fiſcoꝝ capaci,
 Commoda cum miſeræ plebis mercatur opesꝝ.
 Nunc ite immanes Crassi, ſcuiꝝ Nerones,
 Sicaniꝝꝝ duces miſerum expilare popellum,
 Excoriate gregem, cum lana auellite pellem,
 Vt ueſtri tumeant loꝝuli: crudelia bella
 Proꝝ libidinibus ueſtris ut detur habere
 Vicina cum gente, atꝝ ipſo cum grege Chriſti:
 Dummodo uiuatis hominum ſuperumꝝ cateruis
 Inuiſi, chari tantum nebulonibus atꝝ
 Sordidulis Caribus, cum uentofis paraſitis:
 Dummodo uos uerbis tacite excrementur acerbis,
 Sana qbus mens eſt, qbus & placet aurea uirtus,
 Et calcaſſe quibus ſedit ueſtigia Chriſti:
 Dummodo contra uos populi querimonia talis,
 Iudice ſub Chriſto tremulis ſit percipienda
 Auribus: Hic tali prætextu inmania geſſit

Bella,
 Nos n
 Arua
 Texer
 Abſtu
 Atꝝj
 Cana
 Com
 Et ſua
 Eſuri
 Icario
 Mille
 Mill'ē
 Scilice
 Aurib
 Eſt cor
 Quiꝝ
 Nam ſi
 Interd
 Poſſit
 A greg
 Annu
 Propri
 Arcer a
 A præd
 Tum to

Bella, ut liberius sic expilare colonos
 Nos miseros posset, quod nos corrasimus, agros
 Aruatq; præduro misere findendo ligone,
 Texendo telas heu tot sudoribus, illud
 Abstulit, hoc totum Caribus dans & parasitis,
 Atq; suos ditans, & scrinia aheneareplens.
 Canabe nos uili duros uelauimus artus,
 Comptus ut in Tyrio hic luceret murice & ostro,
 Et sua baccato redimiret colla monili.
 Esuriem rapidam, frigus brumale, calores
 Icario tulimus sub fidere, mille caballos,
 Mille Caras, ne non latrantes mille molossos,
 Milleq; quo dominas illi nutrire daretur.
 Scilicet hæc illi post lurida fara, trementes
 Auribus accipient, quibus inuidiosa tyrannis
 Est cordi, qui se gaudent magno esse timori,
 Quiq; odere suam plebem, patriosq; penates.
 Nam si quem fidum ductorem forte necesse
 Interdum expilare suos sit, pellere bellum
 Possit ut illatum prædone à principe, siue
 A grege Barbarico, certe illi uertice toto
 Annuimus: nanq; hic plebis, non cōmoda spectat
 Propria, cum sequum totis conatibus hostem
 Arcet ab oppidulis, uicos defendit ab igni,
 A prædone boues, à fauce lycaonis agnos.
 Tum tondere gregem, sed non deglubere pergat,

Sic etiam ductori agiles aluisse molossos,
 Atq; satellitio sese stipasse, caballos
 Alipedes aluisse licet, dum nemo grauetur
 Principis expensis, dum maiestatis, honoris
 Atq; bonæ famæ ratio spectetur, amorq;
 Dum maneat patrius in ciues integer usq;
 Verum ego iam pridem uideo quod lōgior æquo
 Ecbasis hæc fiat, rapidos flexisse iugales
 Quocirca ad Dauidam liber, quo non meliorem
 Nostra diæcesis conspexit episcopon unquam,
 Versibus & paucis illas perstringere causas,
 Est quibus adductus Dauid crudelia bella
 Ad sic uitandum, nam prudenter grauiterq;
 Peruoluit, quot uel iustus dispendia secum
 Adduxisse solet Mauors, in commoda quanta
 Gressibus immanem rapidis sectentur Enio,
 Qualia sunt, uillas passim pagosq; cremari,
 Atq; teri passim segetes, iumentaq; passim
 Abduci, passim florentes Perfide gaza
 Labi in pauperiem subito, proceres onerari,
 Plebem expilari, miseram orbariq; senectam,
 Atq; trucidari iuuenes, & tot uidiuari
 Cōparibus nymphas, tot ruptis mœnibus urbes
 Inuadi, tot stuprari matresq; nurusq;
 Virgineum cuneum temerari, templaq; sacra
 Irrumpi, & manibus raptari sacra prophanis.

Verum
 Bellum
 Sic mor
 Bello f
 Cæno
 Non it
 Est ier
 Spreta
 Rellig
 Plena
 Cædib
 Falceq;
 Grami
 Sæpiu
 Exitia
 Odit M
 Cunct
 Vitanc
 Se iact
 Sectan
 Et pac
 Sæpe f
 Agmi
 Cuius
 Vt de i
 Sunt pa

Verum ut ne lassem te singula commemorando,
 Bellum etiam felix ut uitæ est unica pestis,
 Sic morum exitium est, sic est sentina malorum.
 Bello squalescunt agri, monachiq; fugantur
 Cœnobijs, bello Aonides sophiæq; filescunt.
 Non importantur merces, prædonibus omne
 Est iter infestum, sunt leges iuræq; muta,
 Spreta iacet pietas, raptor latroq; triumphat,
 Religio friget: sunt omnia plena tumultu,
 Plena minis, lachrymis, ira, uiolentia, & atris
 Cædibus. infrædens mors pallida guttura pãdit,
 Falceq; bellacum iuuenum sic licia rumpit,
 Gramina fœnifeca ut uiridanti demetit aruo.
 Sæpius hæc Dauid prudenti mente reuoluens
 Exitia & pestes uitæ morumq; proborum,
 Odit Mauortem cacodæmone peius atroci,
 Cunctis affirmans illum mortalibus esse
 Vitandum, sed præcipue his qui nomine Christi
 Se iactant, & qui illius documenta fidemq;
 Sectantur, qui discipulis pacem dedit unam,
 Et pacem liquit, sancto quoq; nomine pacis
 Sæpe salutauit: quo nato, cælica pacem
 Agmina cantarunt, florebat terræq; pace.
 Cuius & in pace est factus locus, ipse propheta
 Ut de illo dixit. quid pluribus? omnia plena
 Sunt pace illius documenta flagrantia sancta:

Et nos post tantos monitus, documentaq; tanta,
 Ceritis similes, Martem spirabimus unum?
 Mutuo stringentes fraterna in uiscera ferrum?
 Quis deus est unus, quis est præceptor & unus,
 Quis caput est unum, qui corporis unius omnes
 Membra sumus, quis est & uitæ spiritus unus,
 Quos tenet una domus, nimirum ecclesia, quiq;
 Sanguine mundari sumus uno, & fonte renati
 Vno, quos panis fouet unus, spes fouet una,
 Qui contra mundum, contra lemuresq; malignos
 Communes hostes pugnamus sub duce eodem.
 Quæso, quis uinclis, quis tot connexibus unos,
 Ad rabiem tantam redigat, maniamq; ferocem,
 Mutuo confodiant ut se mucrone minaci?
 His actus causis Dauid, sacræ ocia pacis
 Sic coluit, sic Thraicjos Geticosq; tumultus
 Horruit. ac igitur sicut sub principe tali
 Florebant urbes, reuirebant pingua prata,
 Sic illo astriferos latanti mente penates
 Inuisente, Diæcesis concussa dolore est
 Insolito, immani & crudeli tabe peresa est.
 Insolabilibus quæ tunc sic questibus auras
 Impleuit, sicut te facto principe plaudit,
 Lætitiaq; suas iactat super æthera uoces,
 Haud ignara nouum Dauida in te sibi natum,
 Atq; sciens certo, quod sicut non sibi Dauid.

Scipia
 Propo
 Sic tu
 AL

Q
 Cuiq;
 Obui
 Cleru
 Expec
 Horri
 Gestat
 Nimir
 Istius.
 Primo
 Ducto
 Alma
 Est cor
 Quisq;
 Offici
 Egregi
 Atq; ui
 Quand
 Colloq

Scipiadas fortes atq; Hannibales imitandos.
Proposuit, sed sectandum sibi legit IESVM,
Sic tua maiestas Dauida expresserit unum.

ALTERA LISTRII SYL

uula in eiusdem præconium.

Quid sibi gramineos populus uult fusus in
agros?

Cuiq; senatorum cuneus uelatus abollis
Obuius ite? quid candenti tæstitus amictu
Clerus, & in nuptæ nymphæ tendentibus ulnis
Expectant: cur æra crepant: cur cornua bombo
Horrisono instantur: cur omnia milite feruent,
Gestantē in manibus ramos uiuacis oliuæ?
Nimirum motus uideor mihi noscere causas
Istius. Hæc enim plebs hæc effusa Philippum,
Primoresq; manent patres, in episcopon atq;
Ductorem lectum patrum populiq; decori,
Alma diæcesis quos Traiectina feraci
Est complexa solo, sed dum uenerabilis unus
Quisq; uidere studet uultus Herois, & omnes
Officio certant illum sibi demeruisse
Egregio: tu Calliopē stirpē studiumq;
Atq; uiri mores memora, platanō sub amœna
Quando uacat temere recubantes apta mouerē
Colloquia, & uerbis lucem fregisse disertis:

Vestra diœcesis ductores sæpe uerendos,
 Infignesq; habuit rigido Mauorte, togâq;
 Sed quem cum nostro posset conferre Philippo,
 Non nisi Dauidem uidit: Dauid fuit unus,
 Vt pote germanus, similis uirtutibus atq;
 Dotibus egregijs mentis, sed corporis impâr.
 Quare pastorale pedum Dauide tenente,
 Vestra diœcesis sicut præcurrere uisa est
 Cornipedum armento niueorū omnes regiones
 Finitimas, quod sic opibus, sic pace uigeret:
 Sic Traiectinos frenos moderante Philippo,
 Diuite sic terram perfundet copia cornu,
 Vt nulla inferior sit censu & Perfide gaza.
 Scilicet idem utriq; parens, quis? nêpe Philippus
 Ille uetus, cui Belgarum fortissima terra
 Paruit, & dites cui seruiuere Bataui.
 Qui Gradiuicolas Francos sic contudit, ut rex
 Urbibus amissis, cunctis squalentibus agris,
 Exutus roties castris, iuuenumq; pha'ange
 Omni priuatus, iam desperauerit, & de
 Regno Celtarum linquendo ceperit ipse
 Consilium: sicut quondam Romana propago,
 Quum quinquaginta cecidissent millia ad ipsum
 Cannensem uicum: cum tu Ticine Quiritum
 Torfisses clypeos atranti sanguine tinctos,
 Celtice cum Trebia, & cū tu Trasimene rotasses

Robor
 Hannil
 Ceder
 Centū
 Millia
 Dalm
 Fulue
 Qui fi
 Posse
 Sunt f
 Talis
 Ipse fi
 Indol
 Sed sic
 Pellæ
 Quicq
 Exorie
 Hannil
 Sicut T
 Candic
 Sic Car
 Et post
 Belloru
 Quoq;
 Ductor
 Stipio, a

Robora tot iuuenū, tot Martia corda uirorum,
Hannibali patriam fertur uoluisse feroci
Cedere, ad Arctos & se conferre pruinas.
Centū sub signis referunt habuisse Philippum
Millia spirantum Gericum Mauorta uirorum,
Dalmatiæ necnon tantas habuisse metalli
Fulgentes massas, quantas uix Cræsus, arenas
Qui sibi Pactoli rutilas collegit & Hermi,
Possedit. tam Belgarum Mauortia rura
Sunt fœcunda æris, tam sunt fœcunda uirorum.
Talis Dauidis genitor, talisq; Philippi
Ipse fuit: Carolus nec degenerauit ab illa
Indole, de claro soboles generosa parente.
Sed sicut memorant quondã cessisse Philippum
Pellæo iuueni, qui Persas uicit & Indos,
Quicquid & eo Phœbus uidet aureus undis
Exoriens: sicut Sarranus cessit Amilchar
Hannibali, aereas qui cautes rupit aceto:
Sicut Thessaliæ columen felix hymeneo
Candidulæ Thetidos, maiorem liquit Achillem:
Sic Carolo gaudet nato cessisse Philippus,
Et post se tantum fulmen liquisse iubarq;
Bellorum, quo non maius Germania uidit,
Quoq; nihil fuerat Pellegus maior in armis,
Ductor Agenorias aut qui sibi subdidit arces
Scipio, ab edomita referens cognomina terra:

Principe Burgundas illo frenante cohortes,
 Prædones nullos licuit palare per agros.
 Nec tunc piratas quisquam infestare per undas
 Audiuit classes preciosa merce refertas.
 Tunc unco terram uertit securus arator
 Rusticus, & uites raris defodit in aruis.
 Non ouibus pastor timuit nec bobus opimis,
 Nemo uiatori nocuit. uectare per agros
 Dumosumq; nemus licuit radiantia uasa,
 Dalmatio perfecta auro, spectante corona
 Urbis & agrorum, nemo gurgustia uidit,
 Agrestesq; casas hostili ardescere flâma.
 Nocteq; non uigiles cingebant mœnia ciues.
 Securos licuit oculis admittere somnos,
 Hyberna portis etiam sub nocte adaperitis.
 Tanta fuit patribus tali sub principe nostris
 Pax ac libertas, tantus fuit ille fugaræ
 Erigones olim cultor, terræq; subactæ
 Defensor, tantum patriæ columenq; salusq;
 Compilatores ò quot suspendit ab altis
 Arboribus, fures quot & infestosq; latrones
 Impegit radijs carie situq; rotarum
 Fractarum. quanto in precio uirtus fuit omnis,
 Principe Burgundas illo frenante cohortes.
 Tunc Heliconiades florebant rite sorores,
 Tunc Charites passim peragrabant oppida, tuncq;

Omr
 Con
 Phœ
 Om
 Or
 La
 Te
 Sci
 Af
 La
 Sic
 A
 Vi
 C
 Ef
 M
 Sa
 Ar
 Sq
 Cu
 Sic
 T
 Illu
 Flo
 Qu
 Ruf

Omnia florebant, ut paucis plurima uerbis
 Conſeſſe, haud aliter q̄ cum Pyroenta flagrantem
 Phœbus Hyperboreas cogit conſcendere terras,
 Omnia prata uirent diuerſicoloribus herbis,
 Omnis & extrudit gemmas de cortice uitis.
 Lactanti uario modulamine gaudia cunctæ
 Teſtificantur aues, uiridi ſub fronde latentis.
 Scilicet ut princeps malus eſt cacodæmone peior.
 Aſſimiliſq; cani, ſegetes uredine hiulca
 Lædenti, pecudumq; febri, peſtiq; ferarum:
 Sic bonus eſt princeps Phœbo præſtantior aureo,
 Aſſimiliſq; deo, prauos qui punit & odit,
 Virtutemq; polum tandem deducit in altum.
 Quàm uos felices Belgæ, fortesq; Barau
 Eſſeris, Carolo ſi ferrea fata dediffent
 Maiores in luce moras non barbarus enſis
 Sanguinis hauſiffet tantum, neq; culmina tanta
 Arſiffent, neq; propulſis tanta arua colonis
 Squalerent, non infeſtum prædonibus alma
 Cum tellure foret mare: non ſitis ætis auara
 Sic expilaſſet terram, tantoq; ſubinde
 Turbine bellorum muros ſyluaſq; ruiſſet.
 Illum ferrato uerum abſcidit Atropos ungui,
 Florentem imperio, florentē ſanguine & annis,
 Qualis præduram ſolet incuſſiſſe bipennem
 Ruſticus in quercum, folijs & glande reſertam,

Exuuijsq; ducum pendentibus undiq; cinctam,
 Illa qua sylua non stet procerior ulla.
 Quò nunc innumeras lachrymas, conuicia mille
 In Parcas iactata feram, mortemq; nefandam,
 Quæ quicquid generi uestro uidet utile, terris
 Eripit, & uobis luctus lamentaq; linquit.
 Sed bene quod tandē tanto pro principe rapto
 Vt nouus est Belgis Carolus datus atq; renatus,
 Sic uobis clari donata propago Philippi est,
 Quæ quantum bello ualeat, iam Gallia tota
 Nouit, & audaces iam cognouere Britanni,
 Nouit & indomita diues Germania pube.
 Mœsta diæcesis, longo uexata duello,
 Ludibrijs affecta, malis defunctaq; tantis,
 De sorde atq; situ tandem caput erige mœstum:
 Erige: nanc; tibi fatorum munere princeps
 Venit, qui cunctas abolebit uindice dextra
 Illatas ignominias, qui te laceratam
 Restituet, uulpesq; procul fugitabit inertes,
 Quæ uites istas spoliarunt dulcibus uuis.
 Sicut & in Libycis catulos leo territat oris,
 Sic baubatores de te fugitare molossos
 Perget, eras quorum latratu agitata frequent.
 Non posthac humiles metuent incendia pagi,
 Non abiget pecudes lætas prædator auarus,
 Non mercator erit rapidis latronibus ullus

Infestus
 Ius erit
 Non C
 Cum
 Genti
 Inno
 Ceru
 Et iul
 Princ
 Finib
 Scilio
 Est in
 Pacifi
 Mœst
 Et po
 Non t
 Sangu
 De uit
 Floren
 Exhaust
 Omnia
 Vnicus
 Hostib
 Mars ui
 Et quib
 Mœta d

Infestus, non sacrilegis temerare deorum
 Ius erit erectum splendenti marmore phanum.
 Non Gora agresti torrentes sanguine cernet
 Cum uallo plateas, congestasq; undiq; strages,
 Gentilesq; tui, torres quos Cliuia pressit
 Innocuos, post tot tonitrus, post totq; procellas
 Cæruleas, cælo gaudebunt rite sereno
 Et iubare insolito, tandem pelletur Enio
 Principis auspicijs huius, crudusq; Gradivus
 Finibus à Phrisiis procul ad fuscos Garamantes.
 Scilicet ut Marti similis fuluiq; leonis
 Est in fulmineo bello, sic pectore paci
 Pacificus toto studet, & propellere bellum.
 Mœsta diæcesis, tandem caput erige canum,
 Et post tot gemitus, semel ærumnosa renide.
 Non tibi inexpertus princeps uenit, aut iuuenili
 Sanguine præcipitans temere omnia: tramite sed q
 De uitæ medio tranquille uergit in annos
 Florentes senij, qui sicut plurima bella
 Exhaustis, lauroq; caput redimitus honestum
 Omnibus ex pugnis redijt, sic pacis amator
 Vnicus est sic terrori gelidoq; paucori
 Hostibus est, sic edoctus quibus artibus atrox
 Mars uitandus erit, quibus & pelletur Enio,
 Et quibus est ditio ditanda, quibusq; colenda.
 Mœsta diæcesis, lachrymarum flumina terge;

H ij

Sordentesq; situs fluuiali dilue lymphæ.
 En tibi Dauidis frater Caroliq; uerendi,
 Aduenit: illius referens mitissima corda
 Atq; sitim pacis, nec non uirtutis amorem:
 Ast huius referens animum & Mauortia corda
 Hoste laceffitus, veniente Hyperione, nullus
 Esse locus tenebris potis est: nec cum tibi rursus
 Aurea Dauidis nascuntur secula, quisquam
 Esse locus debet lachrymis, mœstoq; dolori.
 Et uos plaudentes unâ gaudete Baravi,
 Atq; adeo cuncti Belgæ, qui heroe beatis
 Tali Germanos. at tu iactata procellis
 Tot Groninga feris, Martini abruptaq; sauis
 De ditione notis, gaude. nanque alite fausta
 Aduenit, instabilem qui te uentosq; pauentem
 Nimbriferos, solidæ perget committere terræ:
 Haud aliter q̄ fluctiuagam raptamq; procellis
 Ortygiam, immotam fecit crinitus Apollo,
 Stridentesq; dedit stabilem contemnere cauros.
 Etsi te Groninga colat doctissima pubes,
 Ebria Pierijs riuus, dilectaq; Phœbo:
 Etsi proceræ te belligeræq; cateruæ
 Tutentur, quales claram Lacedæmona quondam
 Incoluere uiri: non ante fruire nitenti
 Pace, dicæsesi quàm te coniunxeris almæ.
 Id uatem dixisse pura, dixisse Sibyllam.

Nam C
 Dirun
 Inger
 Iung
 Aufj
 Acci
 Sic p
 Am
 Fron
 Sic i
 Ert
 Gel
 Exu
 Nan
 Vici
 Sol,
 Lam
 Seu C
 Prin
 Viri
 Por
 Prin
 Mar
 Paca
 At tu
 Nare,

Nam sacer (ut fama est) Martinus non tolerare
 Dirumpi chlamydem temere afolet: ergo beata
 Ingenijs, & bellacis non indiga pubis,
 Iunge diœcesi te rursum principis huius
 Auspicijs, & porrectis in episcopon ulnis
 Accipe eum. sic pax te diua beabit ouantem,
 Sic perges medium digitum ostendisse tyrannis.
 Annis mundabit sic te latissimus alba
 Fronte renidentis fortunæ, corpus in unum
 Sic ibit fœde discerptis artubus ægrum.
 Et tu magnanimæ tellus fœcunda iuuentæ
 Gelrica, sed bellis nimium lacerata cruentis,
 Exulta, lætasq; manus ad sidera iacta.
 Nanq; tibi princeps obseruantissimus æqui
 Vicinus datus est, quo non cernit meliorem
 Sol, seu Gangaridas premat eoasq; sagittas,
 Lampade seu rutila sitientes torqueat Aphros,
 Seu Gaditanas subeat stridore procellas:
 Princeps, qui æquiparat læta grauitate Catonem,
 Viribus effandi Ciceronem, religione
 Pompilium regem, necnon Pompeion honore.
 Princeps, qui sicut proauos uirtutibus æquat
 Martis, apostolicam sic factus episcopus olim
 Pacatis rebus uitam monstrabit, agerq;
 At tu magnanimo princeps generose Philippo
 Nate, diœcesim quæ se stabili tibi iungit

Connubio, quæ te æternum dominum sibi legit,
 Virtutes mirata tuas, mirata parentum,
 Et fratris decora ampla tui, tutare, modisq;
 Omnibus exorna: sic ad rutilantia cygni.
 Astra tuum nomen referent, post Nestoris annos.
 Mygdonijq; senis, sic te plaudente fenatu
 Cælicolum excipiet, folioq; imponet eburno
 Omnia perspicuens princeps glacialis olympi.
 Sed ne ceu uilem & te indignam principe sponsam,
 Abijcias, quales gremio complexa sit urbes,
 Et quales fluuios, animo metire sagaci.
 Oppida belligera Germania prædita pube
 Plura tenet, quæ uel possis componere, magnis.
 Urbibus Italiae, si munimenta situsq;
 Attendas, si diuitias cælumq; beatum.
 Expendas: sed qui tam crebra beataq; seruet.
 Angulus, haud alius Germanis extat in oris.
 Scilicet ut Cycladas uentosus circuit Aegon,
 Distantes inter sese discrimine paruo:
 Sic & turrigeras amplectitur angulus urbes.
 Exiguus multas, inter quas emicat una
 Metropolis, sicut soli coniunctus anhelu
 Phosphoros, obscuros inter rutilare uideat.
 Asters, Eridanus Italos ut deprimat amnes,
 Ut Carolus proceres post se uidet ire minores
 Innumeros, cui Belga ferox, Hispanus & acer,

Cui
 Aspi
 Tol
 No
 Co
 Me
 Ex
 De
 Sic
 Pe
 Ve
 Vr
 Su
 Ce
 Illa
 Pro
 Tar
 Pot
 in
 Qu
 Est
 List
 Quo
 Nor
 Iacte
 Quar

Cui Siculus seruit, necnon Campana iuuentus,
 Aspice quàm celsos ad sidera fulgida muros
 Tollat, & acreas niueo de marmore turres,
 Non Babylonis eas quas uafra Semiramis arces
 Coctilibus muris lentosq; bitumine cinxit,
 Metropolim hanc sperasse putem: sic ædibus altis
 Exornata cluit, sic est redimita deorum
 Delubris, cælum sic est sortita beatum,
 Sic Rheno alluitur, sic Oceanitide lympha
 Perfruitur, sic & circumdatur hubere campo.
 Verum ut sint alijs forte hæc communia paucis
 Urbibus, asteribus quorum pomœria faustis
 Sunt signata, quibus candentia licia nectunt
 Concordes stabili fatorum numine Parcæ.
 Illa quidem inficias nemo certe iuerit esse
 Propria Traiecto, quòd quæ collegia tanta,
 Tantis diuitijs & cultis moribus aucta,
 Post Romam urbs habeat, temere haud reperitur
 in orbe.

Quare Traiectum Romam uocitare minorem
 Est solenne uiris, qui septem collibus urbis
 Listis, Traiectum commigrauere decorum,
 Quodq; magis niueas matronas atq; uenustas
 Non sit quæ teneat, quanuis se Cypria tellus
 Iactet, alumnarum prægratæ munere formæ:
 Quanuis Hermione se tollat in æthera Cadmi,

H iij

Vrbs Amphionia testudine condita, quanuis
 Sparta suas cristas Ledeam tollat ob ouum.
 Sed quicumq; parat Traiecto aduoluerè honorem
 Laudibus, is dentem certat candore niuali
 Albauisse Indum succo loliginis atro.
 Verum ut sub rapidi nihil est curuamine cæli,
 Parte quod ex omni perfectum niuat agatq;
 Sic sunt neuorum quædam uestigia, corpus
 Tam bene compositum male q̄ decuisse uidentur.
 Tempore quæ partim, quæ partim principe tali
 Tollentur, rapidisq; notis uoluenda dabuntur.
 Salue Traiectum ter felix, terq; bearum
 Attalico censu, concinnis q̄dibus, atq;
 Sidereis formis, iuuenum quoq; robore duro,
 Ingenio facili, cæloq; situq; salubri.
 Salue, protentis & episcopon excipe palmis.
 Et corpus coniuge animæ capitiq; decoro,
 Et sine uestano proceres conflagere Marte
 Externos. æquis uotis, æquoq; fauore,
 Ocia felicem sic te dulcissima pacis
 Seruabunt, celso sic uertice sidera tanges.
 Quæ post Traiectum possit tenuisse secundas,
 Ambiguum est: nam tres urbes quas Issula radit,
 Ancipite inter se Mauorte, potissima quæ sit,
 Concertant. ætate tamen Dauentria Suollam.
 Littoreosq; premit Campos, & honore sedendi.

Hoc t
 Perce
 Aedil
 Quo
 Astr
 Exu
 Ger
 Qua
 Vidi
 Con
 Com
 Sed f
 Arge
 Mun
 Pub
 Vrbe
 Et fer
 Nedu
 Illinc
 Exula
 Sermo
 Verun
 Oppid
 Cælo,
 Quippe
 Fronde

Hoc tribus urbibus est commune, quæ emporijs sine
 Percelebres, quæ Traiecti sint æmulæ amœnis
 Aedibus & plateis, & pulchro gurgite Rheni:
 Quod sint pacificæ, quod sese fœdere ahenò
 Astricti adiurent, quod religionis amore
 Exuperent cunctos, quod simplicitate fideiq;
 Germanos ueros agitent, quod deniq; tales
 Quæq; senatores habeat, fortissima quales
 Vidit Roma duces, cum regem Marte Molossum
 Contudit, & uictum latios dimittere fines
 Compulit, ac Adriam rursus transire sonorum.
 Sed sicut longæ doctæ dicuntur Athenæ
 Argolicas urbes olim superasse Mineruæ
 Muneribus, sic Suolla præit Tritonidos arte
 Pubicolaq; schola, quascunq; bicornis inundat
 Vrbes, aereas Rhenus dum deserit alpes,
 Et ferit Arctoam non uno gurgite Thetim,
 Nedum finitimas post se uidet ire minores.
 Illinc barbaries ultra graciale profundum
 Exulat expulsa, ac illic Graius Latiusq;
 Sermo uiget, nec non quo Verpus fatur Apella.
 Verum ut palladio se iactet munere Suolla,
 Oppidulum Rhenense pium sic præstat amœno
 Cælo, sicq; situ se tollit ad æthera blando.
 Quippe quod in celsò constructum uertice collis
 Frondosi, Rhenum subter se cernit euntem

Vorticibus tremulis, strepitantē murmure rauco,
 Hic si quando libet ceruos agitare fugaces,
 Fulmineum uel aprum cornu transfigere duro,
 Auribus excipies uocum discrimina mille,
 Auia quas arbusta cident, uolucresq; canore.
 Capripedes cernes Satyros, Dryadesq; fugaces,
 Dum cursu certant agili præuerrere Panes,
 Agrestes nymphas late nemus omne mouere.
 Oppidulum quanuis istud non sit populosum,
 Attamen exigui ciues, ut montibus altis
 Nutriti, sunt montani genus acre uirorum,
 Germanis nullis uiuunt uirtute secundi
 Bellica, & ingenij non cedunt dotibus ullis.
 Sic opibus quod deest, supplet uirtus geniusq;
 Supplet & æthereæ felix præsentia nymphe
 Cuneræ, Oceano quam cincta Britannia misit.
 Quæ quantū Mariæ, quantum sit grata tonanti,
 Demonstrant toti miracula cognita mundo.
 Amerfordanam iam quis (rogo) laudibus urbē
 Extulerit dignis, opibus censuq; beatam
 Mygdonio, sed Martigena celsaq; iuuenta
 Præcipue claram, quis Viccam carmine digno
 Imposiram Rheni ripis describere possiet?
 Ergo dicæcesim, tam claris urbibus atq;
 Fortibus ornatam, munitam robore tanto,
 Porrectis ulnis princeps cape summe uicissim.

DE BATA = 107

VIS EX CHILIADIBVS

ERASMI.

AVRIS BATAVA.

Quemadmodum Græci dicunt, *Βαυα*
ἡ οὖν ὄντις, id est, Bœoticā aurem, pro
pingui crassaq;. Itidem Martialis epigrā-
matum libro sexto, Batauam aurem dixit
agrestem, inelegantem, tetricamq;.

Tu ne es, tu ne, ait ille Martialis,

Cuius nequitias iocosq; nouit,

Aurem qui modo non habet Batauam.

Sic em̄ legit Domitius Calderinus, quan-
quam nonnulli mutarant, pro Batauam,
seueram. Erant Bataui Germaniæ popu-
li, Cathorum pars, qui domestica seditio-
ne pulsī, extrema Gallicæ oræ uacua cultor-
ibus, simulq; insulam inter uada sitam oc-
cupauere: quam mare oceanum a fronte,
Rhenus amnis tergum ac latera circumlu-
it. Gens tum bello ualida, ut quæ Germa-
nicis bellis esset exercitatissima: tum opi-
bus pollens, quod Romana militiā nō ex-

uere riuo,
pax,
ere dno,
mille,
anore,
ty fugaces,
anes,
mouere.
pulosum,
tis
rum,
li
s ullis.
genitq;
ympha
nia misti.
ra ronanti,
nundo.
ibus ubi
m
na
ne digno
iet.
eg
no.
uicium.

hauriretur, quandoquidem erat his cū imperio societas, ut uiros tantum armaq; ministrarent: quemadmodum copiosius prodidit Cornelius Tacitus libro uicesimo. Conuenit inter plerosq; doctos, nec id refragantibus coniecturis, eam insulā, cuius meminit Tacitus, esse quam nunc Hollandiam uocant, terram mihi semper & celebrandam, & uenerandā, ut cui uitæ huius initium debeā. Atque utinam illi nos tam possimus honestamento uicissim esse, quā illa nobis non est pœnitenda. Nam quod Martialis eam gentem rusticitatis infimulat, quod eandem Lucanus trucem uocat: aut nihil ad nos pertinet, aut etiam laudiuertendum arbitror utrunque. Siquidem quæ gens non aliquādo fuit rudior? Aut quando Romana gens laudatior, q̄ cum præter agriculturam & militiam, nihil artium nosset? Quod si quæ quōdam in Baetauos dicta sunt, cōtendet aliquis ad huius temporis rationem pertinere, quæ maior laus Hollandiæ meæ poterit tribui, q̄ si dicatur a Martialis iocis abhorreere, quos etiam ipse nequitias appellat? Utinamq; Christianis uel omnibus aures essent Ba-

tau
aut
pe
ca
ag
da
la
ca
B
A
al
ta
ri
&
gr
lu
to
mi
qu
id
on
bil
ni
te
gio
bili

tauæ, quo pestilentes eius poetæ facetias,
 aut non admitterent, aut certe his non ca-
 perentur. Quod si quis id rusticitatem uo-
 care uelit, nos conuicium haud illibenter
 agnoscimus: uidelicet, cum integris Lace-
 dæmonijs, cum priscis illis Sabinis, cum
 laudatissimis Catonibus commune. Lu-
 canus autem (opinor) ita truces appellat
 Batauos, ut Vergilius acrem Romanum.
 Alioqui, si mores domesticos spectes, non
 alia gens est ad humanitatem, ad benigni-
 tatem propensior: cuius minus adsit uel fe-
 ritatis, uel truculentiæ. Ingenium simplex,
 & ab insidijs, omniq; furo alienum, nullis
 grauib; obnoxium uitijs, tantum ad uo-
 luptatem, præcipue cõuiuiorum, aliquan-
 to deditius. Cuius rei causam esse puto,
 miram rerum omnium exuberantiam,
 quibus uoluptatis studium irritari solet:
 idq; partim ob commoditatem importati-
 onum, quod non solum occupat duo no-
 bilissimorum fluminum ostia, Mosæ Rhe-
 niq; uerum etiam quod aliquanta sui par-
 te Oceano alluitur: partim ob natiuam re-
 gionis ubertatem, ut quæ passim nauiga-
 bilibus ac piscosis interluatur fluuijs, pas-

fcuis huberrimis abundet. Ad hæc auium
 infinitam copiam paludes saltusq; sup-
 peditant. Proinde negant aliam inueniri
 regionem, quæ simili spatio, tatum oppi-
 dorum contineat, mediocri quidem ma-
 gnitudine, sed incredibili politia. In do-
 mesticæ supellectilis nitore, palmam uni
 concedunt Hollandiæ negociatores, qui-
 bus pleraq; pars orbis est peragrata. Me-
 diocriter eruditorum, nusquam gentium fre-
 quentior numerus. Ad exquisitam erudi-
 tionem, præsertim antiquam, quod non per-
 inde multi perueniant, aut uitæ luxus in
 causa est, aut quod apud illos plus hono-
 ris habetur egregiæ morum integritati,
 quàm egregiæ doctrinæ. Nam ingenium
 non esse negatum illis, plurimis constat
 argumentis, quanquam mihi sane quàm
 mediocre contigit, ne dicam exiguum, ut
 cætera pleraq;.

hæc autem
tusq; sup
m inueni
itum oppis
uidem ma
itia. In do
almam uni
atores, qui
grata. Me
gentiū fre
itam erudi
ad nō per
tæ luxus in
plus hono
integritati,
n ingenium
mis constat
sane quæm
xiguum, ut

D
G
BV
Ger
m